

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

**Friderici Iacobi Beyschlagii, Gymnasii, quod Halæ
Suevorum est, Adiuncti, & ad ædem S. Mich. Archangeli
Catechetæ extraordinarii, Sylloge Variorvm Opuscuvlorvm**

(Programmatvm, Orationvm, Epistolarvm, Poematvm, Dissertationvm,
Aliarvmqve Observationvm ...)

Fascicvlos I.II.III.IV.V. Ab Annis MDCC.XXVII.M.DCC.XXVIII.M.DCC.XXIX.
Editos, Complexvs. Cvm Indice Triplici.

Beyschlag, Friedrich Jakob

Halae Suevorum, M.DCC.XXIX

[Tomi I. Fasciculus I.]

urn:nbn:de:gbv:45:1-16134

**FRIDERICI IACOBI
BEYSCHLAGII,**

GYMNASII, QVOD HALAE SVEVORVM
EST, ADJVNCTI, ET AD AEDEM S. MICH.
ARCHANGELI CATECHETAE
EXTRAORDINARII,

**SYLLOGE VARIORUM
OPUSCULORUM,**

PROGRAMMATVM, ORATIONVM,
EPISTOLARVM, POEMATVM, DISSERTA-
TIONVM, ALIARVMQVE OBSE-
RATIONVM,

QUAE VEL ANTE EDITA, OB RARITA-
TEM, ALIASVE CAVSSAS, RECVDVNTVR,
VEL ADHVC INEDITA, IN LVCEM PRO-
FERVNTVR, VEL RECENS ELVCVBRATA
CVM GRBE ERVDITO, IN QVALECVN-
QVE REI LITERARIAE INCREMEN-
TVM, COMMVNICANTVR.

TOMI I. FASCICULUS I.

PROSTAT IN OFFICINA
JOH. WILHELMI ROENNAGELII,
BIBLIOPOLAE NORIMBERGENSIS.

HALAE SVEVORVM,
TYPIS GEORGII MICH. MAYERI.
M. DCC. XXVII.

*Ex coll. Feuer
cum pl. fol.*



VIRO

*Summe Venerando, Excellentissimo
atque Amplissimo,*

**GVSTAVO GEORGIO
ZELTNERO,**

*Sacrofancæ Theologiæ Doctori,
huiusque & Lingg. Orient. in alma Norim-
bergensium Academia Altorfina Professori
Primario, Ecclesiæque ibidem
Pastori,*

**Viro de gravissimis, quæ or-
nat, muneribus, & de re literarum
publica, editis, ætatem laturis, monimen-
tis, longe meritissimo,**

*Suo olim Præceptoris & Hōspiti,
nunc PATRONO devota mente
semper colendo,*



Primum huius
Variorum Opusculorum
Sylloges
FASCICVLVM,

in pietatis, animi æternum devin-
tissimi, ac gratissimi, observantiæque,

qua Viri Excellentissimi merita
prosequitur,
perpetuam tesseram,

Cum voto omnis veræ ac perennan-
tis felicitatis sincero,

Suique ulteriore commendationem,
inscribit, offert, consecrat

AUCTOR.



L. A. SENECA, Epist. LXXXV.

p. m. 231.


Aliit lectio ingenium: et studio fatigatum, non sine studio tamen reficit. Nec scribere tantum, nec tantum legere debemus. Altera res contribabit, et vires exauriet: de stilo dico: altera solvet ac diluet: Invicem hoc illo commutandum est, et alterum altero temperandum: ut quicquid lectione collectum est, stilos redigat in corpus.

JAC. ACONTIVS, apud C. F. Paullini
in præf. Disquis. an mors naturalis
sit Substantia verminosa.

Ne in publicum quisquam scribat, nisi novum quid, et quod propriæ sit observationis, et DEI gloriam Ecclesiæque ædificationem spectet, ac unde tantus sperari possit fructus, ut dandum eius lectioni tempus non melius collocaturi sint lectores, ne scilicet actum quid agatur, sed agendum.

PRAE-





PRAEFATIO AD LECTOREM,

Conatibus nostris bene cupientem.

Cogitanti mihi, qua potissimum ratione institutum meum in edenda hac *variorum Opusculorum Sylloge*, præfarer, varia se offerebant, ex quibus alia ad excusandum illud, rursus alia ad abiendum propositum, pertinere videbantur. Non me fugit, identidem adhuc à doctis viris querelas esse motas de nimio eiusmodi scriptorum proventu, unde plus damni rei literariæ metuendum sit, quam emolumenti inde sperandi. Nec præter rem id dictum forte esse, experien-

P R A E F A T I O.

tia, certissima horum magistra, docuit; in cuius mali caussas inquirere velle, non minus fortassis temerarium fuerit, si meam expromerem sententiam, ac ipsa res literis hucusque noxia, atque eruditioni solidæ damnosa extitit.

Enimvero cum hæc ipsa, quæ per partes emitte solent, scripta, & quorum multitudine (a) Respublica literaria dudum laborat, non unius eiusdemque sint generis; facile est ad intelligendum, pro varietate istorum, varia etiam fuisse, & etiamnum esse iudicia, quibus illa iam inde à prima ipsorum origine, exceptunt viri eruditii, & hodie ea prose

qui

(a) Vid. præter Nova Liter. Lips. aliorumque diis observationes, Anonymi, qui literis initia libus H. P. L. M. nomen suum expressisse videatur, peculiaris, & tribus nunc partibus constans, liber, vernacula nostra editus, in quo omnis generis Ephemerides similiaque scriptæ Gall. Lat. & Germ, sermone exarata, recense

P R A E F A T I O .

qui, (quæ literati orbis libertas est,) utinam semper affectibus vacui! solent. Æquissimum hic est judicium viri longe celeberrimi, *Jo. Henrici à Seelen*, SS. Theol. Lic. & Gymn. Lubec. Rectoris, quod in doctissima præfatione utriq; *Selectorum Literariorum*, quorum primum volumen aliorum sitim continuo excitavit, editioni præmissa, rectissime pronunciavit, generatim *de nimio fere nostra ætate studio literario* ibidem quoque merito conquestus. Neque vero idem vir doctissimus diffitetur, esse in hoc studio varias res, quæ paullo accuratius, quam adhuc factum sit, disquiri mereantur. Quorū omni- no iure referenda sunt illa, disquisi- tione & cognitione dignissima ar- gumenta, quæ in elegantissimis suis Selectis copiose, & insigni eruditio- nis omnigenæ apparatu, excussit.

(4)

Atque



PRAEFATIO.

Atque hæc ipsa quidem rei literariorum capita, cum abundantissima copia se offerant, commodissimum etiam locum in eiusmodi collectionibus adhuc repererunt, quæ & varietate sua se commendant, & opere in partes diviso, in lucem proferuntur. Prorsus enim eadam fere difficultas, eademque esse videtur molestia, magnos libros legere, quam magnos libros scribere; nec ita male is dixit, qui magnum librum magnam molem dixit. Vnde *exiguos libros fere meliores esse*, Vir Cel. C. A. Heumannus (b) ex hac cauſa censet, quod plus curæ in eos impendatur. Qui tamen & illud Plinianum Lib. I. Epist. 20. utique verum esse recte statuit, *Bonum librum meliorem esse quemque, quo maiorem.* (c)

Qui

(b) In Conspectu Reip. Lit. Cap. VI. §. VI. p. 86.
edit. primæ & §. X. p. 152. edit. auctioris.

(c) In eod. consp. Reip. Lit. I. c. in edit. locuplet.



P R A E F A T I O.

Qui ipse Vir præstantissimus in præfatione Actis Philosophorum præfixa, id uberior quoque docuit, caussam simul reddens, cur illa Acta partitè cum erudito orbe comuni care constituerit, quod ipsum etiam propositum in Epistolis suis Miscellaneis ad literatissimos ævi nostri viros, quas sub *Pæciles* nomine, magno cum rei literariæ fructu adhuc foras dedit, subductis probe rationibus persequi consuevit.

Atque cum semel de huiusmodi *Observationum collectionibus* dicere institui, tum iis, quæ rem literariam sigillatim illustrant, tum quæ universe omnis generis argumenta breviter non minus, quam docte enucleant: in utilitate quoque earum multis commendanda, laborem frustra suscepturnus forem, quippe quam nemo prudentiorum in dubium un-

P R A E F A T I O.

quam vocavit. Neque tamen non possum in illarum laudem aliqua proferre encomia, quibus aliquot viri celeberrimi eas ornarunt.

Ita Summe Vener. Buddens: (d) *Quantum, ait, rei literariæ commodum illa per Observationes speciales, cogitata sua atq; inventa cum aliis communicandi, ratio, adferat, neminem fugere potest, & experientia quoque hactenus docuit. Hæc enim ni esset, multa recte & egregie excogitata, aut æternis addicenda essent tenebris, aut integræ statim de iis conscribendi libri, ne particulæ istæ eruditionis eleganteris seorsim editæ, statim iterum perirent. Vtrumq; autem cum damno Reipublicæ literariæ coniunctum esse, nemo non intelligit. Ad eundem modum scripserunt doctissimi Bibliothecæ*

(d) In præf. T. I. Miscell. Lips. præmissa. Conf. Clar. eorum Collectoris, C. F. Pezoldi præfatio.



PRAEFATIO.

thecae Bremensis Collectores, (e) cum eius adornandæ consilium tum se cepisse profitentur, posteaquam ab aliquo inde tempore animadvertisserint prosperos successus Collectaneorum, quibus eruditione præstantium virorum meditationes subcesivæ (penées détachées) aut opuscule, quæ ob exiguam molem vel minus cognita sunt, vel facile hominum manibus elabuntur, (pièces fugitives)(f) congeri, suisque quasi fasciculis includi solent.

Tertium, idque recentissimum,
quod legi, opuscularum eius gene-

ris,

(e) In fronte præfationis Classis I. Fasc. I.

(f) Cuiusmodi est Bern. de Monte-Falconis Epistola ad amicum de baptizatis pueris ab Athanasio puero &c. quam Parisiis 1710. impressam, rarissime conspicī, & in publica auctione nonnisi immane soluto pretio à se redemptam esse, fatetur Vir Cel. Theod. Hafæus, qui eam Class. IV. Fasc. II. n. I. p. 221. sqq. deinde inseruit. Ad quem locum conf. T. I. Fasc. II. Bibl. Hæres. Vogtianæ p. 295. & Walldini Lutetia Parif. sui temporis erudita, p. 36.



PRAEFATIO.

ris, elogium dabunt celeberrimi
Bibliothecæ Lubecensis Conditores, qui
in præfatione eidem præmissa, illo-
rum valde laudandum dicunt institu-
tum, qui eruditas, brevesque & per-
ituras, si seorsim extarent, observatio-
nes in unum corpus collegerunt, & ab
interitu vindicarunt, virosque cæte-
roquin dissitos, societatem inire erudi-
tam voluerunt. Et post pauca in-
teriecta, unde, aiunt, hæ scriptorum
miscellaneorum collectiones approbatio-
nem orbis eruditi obtinuerunt. Cuius
generis scripta, petito ex architectura
antiqua & Vitruvio vocabulo, opera
tessellata dixeris. Quanquam autem
Ven. Buddeo teste, (g) modus iste per
partes scripta edendi hodie admo-
dum frequens sit; licet quoque vi-
tia quædam aut incommoda eidem
acces-

(g) In præfatione laudata, cuius verbis, quam
meis, uti & hic malui.



PRAEFATIO.

accessisse, aut accedere posse, non negemus; hæc tamen non obstare dicit idem Vir Celeb. quo minus eandem viam, evitatis tamen præcipitiis ingredi queant, quibus nihil aliud curæ cordique est, quam ad bonarum literarum aliquod conferre incrementum. His iudiciis & nobis præsens institutum nostrum, titulo eius ad V. C. Petri Zornii simile fere opus attemperato, tueri consulto placuit; & Buddei alio monito diligenter obtemperaturi, finem propositum eius verbis declarabimus. *Dabitur sedulo opera, ut argumenta, non otiosa, aut utilitate destituta, sed emolumen tum certissimum secum videntia, non protrita, aut quotidiana, sed selecta & exquisita, non perfunctorie delibata, sed ea, qua par est, diligentia elaborata, exhibeantur. Veritatis cum primis, quæ suprema merito in litera-*
rum



PRAEFATIO.

rum studiis lex est, ubique habebitur ratio, simulque quæ offendiculo aut damno alicui esse possunt, summo studio evitabuntur. Ut vero Icias Lector Benevole, quid sigillatim exspectare à nobis debeas, paucis monemus, institutum quidem nostrum ex ipsa huius Sylloges inscriptione sic satis patere, & verba paullo ante allata id ipsum quoque nonnihil declarare; daturos nos tamen in primis operam, ut triti illius: *Vtile misceatur dulci*, neutiquam oblitos nos esse, intelligas. Si quando rariora aliorum opuscula recudi iubebimus, aut inedita proferemus, annotationes nostras, forte adiiciendas, ne nostræ sententiæ aliis obtrudantur, vell literis nominis nostri initialibus, id quod multi faciunt; vel alio signo notabimus. Vale. Scrib. Halæ in Suevia
d. XIV. April. A. O. R.
M. DCC. XXVII.



Q V A E S T I O.

Num in Bibliis Complutensibus elogium legitur Psalterii Quincuplicis Jac. Fabri Stap. cuius laudes se non tacere velle, iam An. 1509. d. 16. Nov. Franc. Ximenes, Cardinalis, ad Car. Bovilium scripsit; vid. Cel. Maittaire Annal. Typogr. Tom. II. p. 211. conf. p. 195. 196. coll. Bibl. Sacra Le Long. P.I. p. 556. edit. Bœrn. Hæc qui me docuerit, & Car. Bovilli Opuscula Parif. 1510. fol. impressa & à Maittaire l. c. p. 209. sqq. excerpta, mihi vero in Commentario pleniori, quem de vita Jac. Fabri Stap. iam ab aliquot annis, successivis temporibus molior, multis Viris doctissimis, quibus id consilium coram & per literas aperui, stimulum addentibus, insigni usui futura, benevole mecum communicaverit, sine detimento & gratissimo a me animo suo tempore restituenda; aliisque huc pertinentibus, & apparatum qualemque meum, quem congestum habeo, adaugentibus, insuper me beaverit, nam magno admodum me beneficio sibi reddet obstrictissimum. Quodsi & illud institutum meum, auxilio, opera & studio suo promoverit, cuius Vir Clar. I. C. Colerus in Bibl. Theol. Sel. P. XVI. p. 312. publicè, qua est humanitate, me quidem nescio, benevolam mentionem fecit, quam exinde repetere celeberrimus Nov. Liter. Lips. auctor 1726. n. LX. p. 593. dignatus est, ad maiores me gratias sibi utique devinciet.

Con-



Continentur in hoc Fasciculo.

- I. Jo. Lud. SEIFERHELDII *Programma:*
*Vtrum Servator eodem, quo Iudei, tempore,
Paschale convivium celebrarit?* p. 1.
- II. OBSERVATIO ad hoc *Programma;* et
de consilio *Io. Lud. Seiferheldii Programmatæ*
et Orationes coniunctim edendi p. 17.
- III. Christ. Gotl. SCHWARZII *Elegia in*
Resurrect. & Ascensionem Christi. p. 20.
- IV. ANNOTATIO ad antecedentem *Ele-*
gianæ, aliaque Observationes. p. 24.
- V. ORATIO de *hominum e morte resuscita-*
torum exemplis, ex historia profana repeti-
tis. p. 29.
- VI. DISSERTATIO EPISTOLICA ad *Jo.*
Gotl. KRAVSIVM, an vita Christ. Longolii,
*Epistolis eius præfixa, & quam *Io. Fichar-**dus, Melch. Adami, & Gvil. Batesius exhi-*
bent, Regin. Polum habeat auctorem. p. 61.*
- VII. ANALECTA de *vita, meritis & scriptis*
Martini HANKII, Rect. Gymn. Elis. Vra-
tislav. p. 142.
- VIII. Tan. FABRI *methodus, quæ ad pruden-*
tem Scriptorum veterum lectionem, et exi-
miam Lat. Ling. facultatem comparan-
dam, manuducit, in compendium red-
acta & illustrata. p. 183.
- IX. NOVA LITERARIA, cum Observatio-
nibus variis. p. 204. Q.D.



1605 1605

Q. D. B. V.

FRIDER. JACOBI BEYSCHLAGII,
Gymnasii, quod Halæ Sueorum est, Ad-
juncti, & ad ædem S. Mich. Archang. Ca-
techetæ extraordinarii,

SYLLOGE VARIORUM OPUSCULORUM, PROGRAMMATUM, ORATIONUM,
EPISTOLARUM, POEMATUM, DISSERTATIONUM, aliartumq; OBSERVATIONUM,
quæ vel ante edita, ob raritatem, aliasve caussas,
recuduntur, vel adhuc inedita in lucem proferun-
tur, vel recens elucubrata cum orbe eru-
dito, in qualemque rei literariæ incre-
mentum, communicantur.

Tomi I. Fasciculus I.

I.

JO. LUDOVICI SEIFERHELDII, (a)
Gymnasii Suevo-Halensis Rectoris,

PROGRAMMA.

De celebri illa Quæstione: Utrum Servatorii eo-
dem, quo Iudei, tempore, solenne illud Paschalium
cœnæ convivium celebrarit, an pridie, quam
comedere illud ex more gentis consues-
sent, occupare instituerit?

(a) Hic ipse vir eruditissimus, atque de Gymnasio
nostro, in cuius omnibus classibus successive

A docuit,



IN tanto vexatissimarum quæstionum proventu, quæ & avorum, & nostra ætate, præstantissimorum Virorum exercuere ingenia, in variaque sententiarum di-

vortia

docuit, per plura lustra, & de meis quoque studiis per nonnullum tempus, egregie meritus, labores scholasticos tandem cum sacro permutavit munere, quod pari facundia atque doctrina & fidelitate deinceps administravit, donec An. 1725. magno civium nostrorum dolore, ex hac vita piè & placide migravit, postquam ab obitu acerbo, desideratissimi, & nivei candoris viri, M. Jo. BALTH. BEYSCHLAGII, Ecclesiastæ nostri eloquentissimi, Rev. Capit. Decani Confist. & Scholarchæ gravissimi, in quo A. 1717. beatè mortuo, Patronum ego & Patronum maximum, eheu! amisi, eodem sacro & venerabili munere, summa cum laude sua, perfunctus est. Quanta literarum omnis generis, in primis Hebraicæ & Rabbinicæ literaturæ, doctrina & scientia fuerit instructus, utq; nihil propè antiquitatum Judaicarum ipsum fugerit, testantur cum aliis viris harum rerum calentissimi, qui olim ipsi familiariter cogniti erant, tum Programmata ejus nonnulla, quibus Actus oratorios publice habitos, indixit, quæque, instar Sibyllæ foliorum, dispersa & raro apud nos quoque obvia, cum orbe eruditio quod utique merentur, suo tempore communicatum iri, paulo infra monebimus. F. I. B.

vortia abripuere , si , haud facilè aliam con-
tendentium studiis æque agitatam , majore-
que , & rationum . & auctoratum , ponde-
re disceptatam esse dixero , quam qua disqui-
ti solet : Utrum Servator eodem , quo Ju-
dæi tempore , solenne illud Paschalis cœnæ
convivium celebrarit , an pridie , quam com-
edere illud ex more gentis consueissent , oc-
cupare instituerit ? haud sane verendum mi-
hi existimo , ne quis , nisi politioris forte hu-
manitatis , interiorumque litterarum plane
expers , præter rem id à me dici arbitretur.
Ut enim silentio involvamus , acerrimas , jam
inde à secundo post repararam salutem seculo ,
Græcos inter & Latinos , hac de re discepta-
tiones , haud alio institutas consilio , quam ut
hinc pro pane ἀζύμῳ , illinc , pro ἐνζύμῳ , tan-
quam pro aris & focis decertando , suæ quis-
que sententiæ velificaretur : Quem , quæso ,
fugit , eandem controversiam superiore se-
culo summos litterati orbis principes ita di-
straxisse , ut , quos artissimum necessitudinis ,
amicitiæ , religionis contineret vinculum ,
studiis ramen voluntatibusque haud secus dis-
sentirent , ac si fato in mutua armarentur dis-
fidia . Namque quod ex communi pariter &
longo seculorum consensu recepta opinione

A 2

Viri



Viri undiquaque doctissimi, Joh. Lightfoot Horis
Hebr. in Matth. 26. Samuel Bochartus Hierozoic.
P. I. l. 2. c. 50. Frischmuth. dissert. de hac quæst.
Joh. Cleric. Harm. Evang. diss. I. Anton. Bynaeus de
Christo Crucifixo. c. I. affirmant, Christum eo-
dem cum judæis die epulum egisse paschale;
id vice versa Joh. Scaliger de Emend. Tempor. pro-
leg. f. 27. Hugo Grotius Annot. ad Matth. 28. Joh.
Gerhard. Vossius Dissertat. de Passione Domini thes. 9.
Isaac. Casaubonus Exercit. Anti-Baron. 16. n. 24
seqq. Abraham Calovius, Chronol. Bibl. insertat. I.
Bibl. Illustr. c. 11. Andr. Quenstedt Antiqu. Ecclesi-
Part. I. c. 9. n. 4. §. 3. Wilh. Langius in de An-
nis Christi l. 2. c. 5. Niemannus Collegio Quadra-
gesimali M. S. (quod, MAXIME REVEREN-
DUS, AMPLISSIMUS & EXCELLENTIS
DN. JACOBUS REIZIUS, (b) Ecclesiast. &
Decanus Venerand. quo est in me favore, be-
nevole mecum communicavit) Quæst. 8
strenue negant, integra die id antevertisse
contendentes. Quibus omnibus quanquam
non deest, quod muniendæ suæ suffulcian-

sen

(b) Quem brevi tempore post beatè obiisse, &
pro me ad sacri baptismatis fontem olim fide-
jussisse, atque deinceps primis Christianæ
religionis fundamentis me imbuisse, signifi-
care hic mihi, moësto hinc quidem, sed gra-
ti simul animi signa, post fata quoque ejus, da-
turo, liceat. F. I. B.



sententiae, tamen, si, quod res est, fateri velimus, dicendum ingenue, plus habere momenti horum ad flectendos in assensum animos argumenta, intricatioribusque illos implicari difficultatum nodis, quam quibus, aut evolvendis, aut secundis, videantur esse parres. Quæ ne quis audacius forte quam verius dicta arbitretur, omissis, quæ alii non parca manu, sed pleno conferunt horreo, quam pluribus, ex historia Evangelica pauca, quæ fidem asserto faciant, proferemus. Quod si vero potissimum in dirimendis gravioris momenti Controversiis haud immerito testium *αὐτοπτῶν* habemus rationem; quis dubitet, testimonium Johannis Evangelistæ, quod & fatali cœnæ ipse affuit, &, quæ gesta tum dictaque fuere, oculis usurpavit & auribus, in præsenti negotio maximi faciendum. Is autem cum, quid Christus in ultima illa cœna egerit, exponere constituisset, nil habuit prius, quam, ne, quo cuncta sint peracta tempore, ignoremus, docere. Hinc est, quod initium capituli 13.1. his faciat verbis: *πρὸς δὲ τὴς ἑορτῆς τῆς πάσχας &c.* ante vero festum Paschatis &c. haud dubie significaturus, nondum adfuisse solenne illud mactandi agni tempus, sed Christum, cum paschale cum

Suis epulum ageret, non expectato tempore, agnum prius comedisse, quam paschatis dies illuxisset. Cujus argumenti robur cum probe intelligant ἀ εὐαρτίας, sunt partim, qui cum Joh. Lightfoot Hor. Hebr. ad Matth. 26. 3. non de paschali cœna sermonem Johanni esse, sed de Bethaniensi, pridie ejus diei, quam celebrandum esset pascha, habita, asserant; partim, qui ultimam cœnam fuisse largiantur quidem, simul tamen contendant, verba, πρὸ τῆς ἑορτῆς, tantundem valere, ac εὐτῷ πρερεοτίῳ, nihilque aliud doceri, quam sub initium festi, quæ sequuntur, gesta fuisse. Ceterum tanto minus habere ponderis hæ videntur exceptiones, quanto major est de iisdem inter ejusdem sententiæ Patronos dissensus, qui, cum alter alterius substructum ire vult asserta, quam nihil solidi certique in utriusque insit opinione, haud obscure fatentur, gratumque nobis, ne in iis confutandis multum ponamus operæ, faciunt otium. Sed prodeant majores in aciem nostram copiæ, excutiamusq; locum Joh. 18. 28. qui, censent J. Casaubono Exercit. Anti-Bar. 16. n. 24. vel solus, si res aquis animis estimetur, confutanda opinioni vulgata sufficere debeat. Scilicet judæi comprehenso, quem tam diu, tamque val-

detimuerant, & quo vivo salvos se fore desperabant, facto ad Pilatum adeunt agmine, petentes, ut, quem ipsi morte dignum iudicarent, ultimo afficiat suppicio. Ille in tantæ rei causas penitus inquisiturus, Prætorium ut delatores ingrediantur, postulat. Verum enim vero strenue id negant iudei, hanc interferentes causam: *να μὴ μιανθῶσιν αλλὰ Φάγωσι τὸ πάχα, ne polluerentur, sed ederent pascha.* Quæ verba ut manifesto arguunt, iudeos, cum Christum Pilato necandum traherent, solenni epulo paschali nondum esse defunctos: ita truncus sit, & stipes, oportet, qui non perspiciat, alio, quam iudeos, die Servatorem fatale Convivium celebrasse, agno paschali, pridie, quam in hostium venisset potestatem, consumto. Evidem teli hujus ictum levi inclinatione evitare credunt alterius partis Principes, dicentes, non de agno paschali verba hic facere iudeos, sed de victimis paschalibus per ceteros festi dies comedi solitis, *פֶסְחָה גִגְעָל* pariter & *פֶסְחָה* appellatis. In hujus rei fidem provocant ad Deut. 16. 1. 2. ubi ita Moses: *Obserua mensem Abib, ut facias Pascha Domino DEO tuo, quia in mense Abib eduxit te Jehovah Dominus tuus ex Aegypto nocte, & MACTABIS PASCHA*

DOMINO DEO זָן וּבְקָרֶן **PECUDES ET BOVES** in loco quem elegerit Dominus &c. Ex quibus verbis clarum esse putant, alia sacrificia, præter agnum paschalem, vocari pascha, idemque allegato quoque Johannis loco obtinere. Sed vereor, ut hinc, quod volunt, exsculpant. *Jos Scaligero* certe tam violenta, tamque dura est visa hæc exceptio, ut scribere, quanquam acrius æquo, haud dubitaret Prolegom. in de Emend. Temp. fol. 27. quam obstinatos adversus veritatem credidisset? Illum objectionem (ex Joh. 18. 28.) quam argute eludunt? ajunt Φαγεῖν τὸ πάχα hic non esse agnum paschalem comedere, sed alia sacrificia paschalia. Argute, docte, eleganter, nihil supra, quasi in Parasceve comedere aliud sit, quam agnum comedere. Imo nos negamus θύειν καὶ Φάγειν πάχα aliud esse, quam agnum paschalem immolare ac comedere. Neque ullus paulo doctior illud sine risu audire potest. Idem sentit *J. Casaubonus* Exercit. Anti B. 16. n. 24. Ego vero, inquiens, nego in tota Scriptura locum ullum extare satis clarum, unde colligi recte queat, victimas per septem azymorum dies mactari solitas, esse appellatas paschæ nomine. Et sane tantum abest, ut verba Deut. 16. 2. robur aliquod causæ eorum concilient, ut potius multum obesse videantur.

tu;



tur. Ubi enim, quæso, sacrificia paschalia
 l. c. pascha appellantur? Ut enim recte Ge-
 rundensis ad h. l. scribit: לא אמר זבחת פסח
 ל' יהוה אלהיך מן הצאן ובקר כאשר אמר כל מקום
 i. e. non dixit (Moses) *mactabis pascha Domino*
Deo tuo de pecude וְde bove; sed, *mactabis pa-*
scha Domino DEO pecudes וְboves: ita subtilius,
 quam solidius, argumentari videntur, quo-
 quot ex his verbis, paschalia sacrificia paschæ
 nomen gesisse, colligere volunt. Certe Rab-
 binorum haud facile quisquam tam vedit acu-
 tum, quin potius inter agnum paschalem &
 sacrificia Paschalia sollicite distinguunt. Au-
 diamus brevitatis studio unum *Raschium* ad
 verba Deuternomii ita commentantem:
 זבחת פסח ל' אלהיך צאן שנ' מכבשים ומן העזים
 תקחו ובקר תזבח לחגיגת שם נמנו על הפסח
 חבורה מרובה מבאים עמו חגיגה ברישיה
 : *mactabis Domino DEO tuo pecudem* *quia dicitur* (Exod. 12. 5.) *de agnis*
 וְ*de capris sumetis.* *Et bovem mactabis in Cha-*
giga s. sacrificium paschale, *nam si plures ad a-*
gnum paschalem fuerunt, adduxerunt insuper
Chagiga, ut comedetur ad satietatem. Quan-
 quam, cur in vindicando hoc Deuteronomii
 loco multum operæ ponam, causæ nihil vi-
 deo, qui, si vel maxime in eo Adversarii,
 quod querunt, invenirent, sententiae nostræ

A s

non



non obesset. Fingamus enim paschalia sacrificia pascha ibi vocari, qua consequentiae lege inferretur, eandem quoque significacionem obtainere in verbis iudeorum, in Praetorium ingredi recusantium, ne polluerentur, sed pascha comedenter, nisi forte aliunde, omnino fieri id oportere, solidis ostendatur rationibus? Quas afferri hic posse, quo minus ad credendum adduci me patiar, ipse facit Johannes, optimus sui Interpres. Ne quis enim, quod de nondum comesto paschate dixerant iudei, de sacrificiis Paschalis bus accipiendum existimet, luculento intercedit argumento divinus Scriptor, historiae suæ c. 19. 14. diem, qua capit is Christus est damnatus, hac nota definiens: ἦν δὲ παρεσκευὴ τῇ πάσχᾳ, erat vero parasceve paschatis. Si enim dies, quo crucis supplicio affectus est Salvator, paschatis parasceve fuit, neque festum tum illuxisse, neque iudeos agnum paschalem comedisse, necesse est, quod, quin fecerit jam Christus, nemo dubitat. Haud facile dictu est, quam se hic torqueant, qui diversam fovent sententiam, ne manus vieti dare cogantur. Inter omnes eminet stupenda Vir eruditionis Sam. Bochartus Hieroz. P. I. l. 2. c. 50. qui παρεσκευὴ per diem Veneris

neris, Hebræis עֲרֹבֶת appellari solitam, explicat, a Johanne παρασκευήν τῇ πάχᾳ dictam, quod dies ille Veneris in festum Paschatis incidisset. Multa ibi in hanc rem confert Vir summus, haud sane ubivis obvia, pro infinita sua in omnis generis Scriptoribus lectione; quibus etsi ingenii & acuminis laudem faciles largimur, solidæ tamen argumentationis gloriam quo minus tribuamus multa intercedunt. Ut enim ei demus, diem Veneris dici Parasceven, quod is Sabbathum, ad quod magna se præparare solebant ambitione, antecederet, tamen, ut per parasceven Paschatis, eum intelligamus diem, qui idem cum paschate est, id sane est, quod, ut credamus, impetrare à nobis haud possumus. Si enim parasceve Sabbathi, recepta loquendi consuetudine, non ipsum Sabbathum, sed diem illud antecedens denotat, quis persuaderi sibi patiatur, ut parasceven Paschatis non tam pro die, Pascha antecedente, quam pro ipso Paschate, neglecto prorsus consueti sermonis usu, accipiat? Quæ & plura alia sicut ad confirmandam apprime faciunt sententiam, quæ statuit, non eodem, quo iudæi, die Christum ultimum pascha egisse: Ita immortale Ecclesiarum nostrarum Decus, Se-

bastia-



bastianus Schmidius, Professor haud ita pridem apud Argentoratenses celeberrimus, cui, pridem est, cum Theologiæ Exegeticæ principatum Docti lubentes concederunt, ab utraque parte discedendum sibi ratus, novam, eamque nescio an ulli ante eum cognitam, propонere haud dubitavit. Postquam enim allatis in medium utrorumque argumentis, à vero quidem eos propius abesse, dixisset, qui, alio, quam judæos, die Pascha Christum celebrasse, credunt, invenit tamen & hic, quod desideraret. Eam ergo is iniit rationem, ut statueret, duobus solidis judæos diebus in comedendo agno paschali occupasse Christum, ita ut, cum illi feria demum septima i. e Sabbatho festum essent acturi, hic feria jam quinta i. e. die Jovis ultimam cum discipulis cœnam peregerit. Sed hæc verbis Viri summi exposuisse quam meis præstiterit. Ita autem ille Tract. de Paschate, Part. 3. c. 8.p. 404. Nobis quidem sententia omnium optima videtur, quod Christus Pascha celebraverit duobus diebus ante Pascham Iudeorum, anticipando ita, ut, quum ille sub vesperam diei quinti mactari fecisset, Judæi die septima seu Sabbatho sub vesperam mactaverint. Pro hac sententia contra primam sufficienter disputatum est, sed pro eadem primam



contra secundam ita disputamus: I. non potest ista sententiarationem reddere, quare Sabbathum quod crucifixionem Domini insecum est, vocatum fuerit Sabbathum magnum. Evidem aiunt, propterea sic vocatum, quia dies festus in illud incidit, atque sic solennitas geminata est. Verum enim vero ista responsio sine fundamento est. Ostendit summum, quid fieri potuisset; sed ex historia non probare potest, quod factum sit. At contra sententia, quam indicavimus, fundamentum suum habet. Iuvenimus namque in scripturis Hebraeorum, quod Sabbathum proxime Pascha antecedens, appellatum sit antiquitus Sabbathum magnum. Ita Tuvrim Part. I. num. 430. Sabbathum, quod Pascha precedit, vocant Sabbathum magnum; Antiquissimæ, consuetudinis fuisse Sabbathum istud magnum, dubitandum non videtur, & forte persuadere potest ratio de miraculo, quod in Ægypto contigerit, addita: quam vid. l. c. & in Synagog. Buxtorff. Veram putarim hanc potius esse rationem, quod constitutiones de Paschate celebrando prælegerentur, quarum lectioni devote omnes adesse oportebat, Istud Sabbathum magnum bene se habet apud Evangelistam, si statuitur, postridie Sabbathi primum diem festum Paschatis fuisse, & Pascha sub vesperam Sabbathi mactatum fuisse. II. Non potest secunda sententia solidam rationem



& convenientem reddere, quare dies, quo Dominus JESUS crucifixus est, & fuerit Parasceve Paschatis, & Pro-Sabbathum. Evidem conantur respondere, quod non fuerit Parasceve Paschatis, sed Sabbathi in Paschatis diem incidentis. Sed istud nimis durum est. Contra sententia indicata optime rem expedit hoc modo: Quando Paschatis matatio in Sabbathum incidit, tum non licebat, ut supra ex Talmudicis Mischnis indicavimus, omnia in Sabbatho facere, sed quæ pridie Sabbathi, h.e. in Pro-Sabbatho fieri poterant, in eo fieri debebant, preparando illa ad Pascha. Sic ita quereret vera erat parasceve seu preparatio ad Pascha, erat etiam Pro-Sabbatum, quia ejusmodi preparatio nunquam suscipiebatur, nisi in Pro-Sabbatho. Hancenius Schmidius. Ex quibus ut apparere plus satis arbitramur, veriorem illorum esse sententiam certioremq;, qui Christum alio, quam Judæos, die solenne Paschatis convivium celebrasse, existimant; ita temere illud factum esse, & casu, ut credamus, haud æquum est, sed divina ita dispensante providentia, ut, quo die typicus ille mactandus erat agnus ex lege, verus in ara crucis exhiberetur, atque ita veritas typo exacte responderet. Et hoc illud est, quod tres ex ordine nostro erectæ indolis juvenes, exsequendum sumserunt.

Qui



Qui cum & ingenii non humi repentis , & industriæ non pœnitendæ documenta semel atque iterum dedissent, non minus temporis rationem habituri , quam linguarum , quarum laudabili tenentur amore , exercitium aliquod instituturi , Agnum Paschalem veteris , cum Agno Paschali Novi fæderis i. e. Christo , conferre in animum induxerunt , ita , ut , quam exacte huic cum illo conveniat , JOHANNES JACOBUS SEIFERHELD , (c) Hebræo Sermone , HENRICUS FRIDERICUS TEXTOR , (d) Lingua Græca futuri sint ostendere . Quorum oratiunculas , ne tædio sint atq; fastidio Dnn. Auditorum Auribus , Latina veste indutas reddet , Interpretisque vicem sustinebit

DAVID

(c) Filius beati auctoris hujus programmatis , jam Pastor Ecclesiæ , quæ Christo Westhemii , in vicinia nostra , colligitur , doctissimus fidelissimusque , Fautor meus singulariter colendus , F. I. B.

(d) Nunc Senator hujus urbis Imperialis Spectatissimus , Patronus meus decenti cultu prosequendus . F. I. B.



DAVID SIGISMUDUS THOMAS MAYER, (e) Ad eos
igitur benevole & humaniter audiendos, in-
primis cum, studiis eo usque perductis, ut ad
Academicas Musas ablegari mereantur, vale-
simul Scholæ nostræ dicturi, iisque, quibus
maxime debent, gratias, publice sint acturi,
ut Patres Conscripti, Gymnasii Ephori, Mu-
sarum Patroni, Litterarum Fautores, seposi-
tis tantisper occupationibus gravioribus, die
25. Martii hora 2. pomeridiana frequentes
convenire ne dedignantur, est quod obser-
vanter rogamus, est quod vehementer opta-
mus. P. P. Hallis Suev. die 21. Mart. An. 1709.

* * *

OB

(e) Hoc tempore Pastor in pago Unter- ~~Sont~~
heim/ qui altero, & quod excurrit, lapide
ab urbe hac distat, vigilantissimus, cuius ami-
citiæ multum tribuo. Is cum interpretis mu-
nere hic functus sit, speramus, eo ipso hunc
actum oratorium, triplici idiomate institu-
tum, nonnihil evadere posse censuram Ce-
leb. C. A. HEUMANNI, de ejusmodi Exer-
citiis p. 29. cultissimæ de TRIEUS SCHOLÆ FI-
NIBUS, orationis, ab eo recte pronuncia-
tam. F. I. B.



II.

O B S E R V A T I O

Ad superius Programma, ubi & de consilio, b. Sei-
ferheldii Programmata & Orationes con-
iunctim edendi, agitur.

Ceterum Lectorem benevolum præter-
ire nolumus, recusum modo Program-
ma, supplementi loco, (a) addi posse iis, quæ
de hac ipsa quæstione in utramque partem
docte à multis ventilata, nuper erudite ob-
servavit in Curis suis Philologicis & Criti-
cis in IV. SS. Evangelia & Actus Apostoli-
cos, Hamburg. 1725. 4. editis, ad Matth.
Cap. XXVI. v. 2. p. 366. seq. & Marc. cap.
XIV. v. 12. p. 522. seq. Jo. Christoph. Wolfius,
Pastor ad D. Cathar. Hamb. & Scholarcha,
Vir gloria sua, quam præter alia merita exi-
mia, ejus profunda in Hebraicis Græcisque

B literis

(a) Conf. & scriptum quoddam viri cel. M. WACKI, insertum Anton. Fabri Parti XLVIII:
der Europ. Staats-Cantilen / p. 322. sqq. quem
locum debeo VIRO Nobiliss. & Juris consultiss.
Io. LAUR. a JEMGUMER CLOSTER, avunculo
meo maxime suspicioendo, cuius favorem in
literas maximum si nosse cupis, adeas præ-
fat. à VIRO clar. M. KOECHERO, Fautore meo
æstumatissimo, præfixam editis nuper admo-
dum virorum doctorum in Hug. Grot. de V.
R. C. commentariis.



literis eruditio ipsi peperit, longe dignissimus, cujusque Bibliothecæ Hebrææ, consummatissimi in hoc genere operis, partem tertiam propediem orbis eruditus exspectat. Id quoque monere hoc loco, visum est, dictum Programma, præsenti cum primis temporis accommodatum, speciminis instar, à nobis saltem exhiberi, reliquorum autem, & ab argumentorum dignitate & a stili cultioris elegantia sese commendantium, collectionem, quibus & selectiores b. auctoris orationes, quæ variis temporibus ab ipso habitæ fuerunt, & manuscriptæ adhuc supersunt, cum pleniori, sine dubio, vita ejusdem enarratione, accedent, exspectandam, suo tempore, esse, à Filio b. auctoris, Jo. Frid. Seifheldio, Collega Gymnasii nostri tertio, præclare merito, & amico nostro inde à condiscipulatu dilecto, ac magnopere colendo, qui paternarum virtutum, & Hebraicæ in primis Rabbinicæque literaturæ, in Jenensi & Vitembergensi Academiis, uberior exultæ, dignissimus hæres existit, & tum aliorum, in primis summe Reverendi honoratissimi que Domini Soceri sui, Nic. GuIL. SEYBOTHII, Sacrorum nostrorum Antistitis doctissimi, longeque meritissimi, & beati SEI-

FER.

FERHELDII, in hoc munere successoris dignissimi, Patroni mei maximopere venerandi, consilio ac suasione, tum suo quoque ipsius, & Plur. Rever. Fratris sui, supra laudati Pastoris Westheimensis, erga dilectos manes paternos, ac præclara merita, amore inductus, hunc laborem Iubens aliquando in se suscipiet, cui instituto faustam omnino apprebari lucinam par est. Denique nec hoc est omittendum, magnæ pietatis & integritatis Virum, Dn. Joh. HENR. WENGERUM, Spectatissimum Urbis nostræ Senatorem, & Patronum ac Fautorem meum à multis annis, longe honoratissimum, aliquoties jam, me præsente, exoptasse facilem Bibliopolæ alicujus operam, qua conjunctim ederentur selectiora Programmata aliaque inedita scripta b. Parentis sui, MELCH. WENGERI, sub finem sæc. superioris decimi septimi, Rectoris Gymnasii nostri Halensis, de literis humanioribus, & juventute, præclarissimè meriti, (f) cui voto ii certe suum sponte adjicent, quibus exacta b. WENGERI doctrina omnis generis, præsertim philologica, vel nota aliunde est, vel frui olim ea contigit, cuius felicitatis multi spectatæ dignitatis insigniumque meritorum in hac urbe viri grata mente recordantur.

III.

CHRISTIANI GOTL. SCHWARZII,
COM. PAL. CAES. Philos. Moral. Eloq. &
Poës. Prof. Publ. Altorf ac Beneficiario-
rum Noricorum Inspectoris,

ELEGIA.

In Resurrectionem & Ascensionem Christi.

(f) Repeto hic elogium (ex diss. cui tit. Memoria BRENTII renovata, lit. D. 2. b) quod unus ex maxime gratis ejus olim discipulis, supra laudatus M. JOH. BALTH. BEYSCHLAGIUS, tum Ampliss. Phil. Ordin. Vitemb. Adjunctus, tandem Antistes Eccles. nostræ Halens. meritissimus, nunc cœlo receptus, b. WENGERO tribuit, qui nunquam non postea institutione WENGERIANA fruitum se esse, latatus est, quæ ipsa felicitas obtigit (quod nec hic tacere debeo) fratri quoque Ecclesiastæ modo adducti, nunquam reconciliato, & immaturum ejus ante hos ipsos decem annos, obitum acerbe adhuc deploranti, IOH. JAC. BEYSCHLAGIO, Incluti Senatus urbis hujus, ipso & mihi patriæ suavissimæ, à secretis, quem patrem veneror ætatem venerandum, cuiusque, pro paterno suo amore, & innata in literas, præterim amoeniores, propensione, in meis qualibusunque literarum studiis felicitateque provehendis, indefessum studium hucusque adhibitum, ille olim compensabit, qui supremus omnium rerum remunerator est, & solus vicem illorum, quibus facultas magis, quum



AD ORATIONEM
DE HOMINUM E MORTE RESUSCITATO-
RUM EXEMPLIS

Ex historia profana repetitis

Quam

Craftino die hora i. postmeridiana habebit
FRIDERICVS JACOBVS BETSCHLAGIVS

Hala - Suevus

Divinarum humanarumque rerum scientiae

Cultor

Lectorem Benevolum

omni obſervantia & humanitate invitat

CHRISTIANUS GOTLIBIUS SCHWARZIUS, P. P.

+ + +

ELEGIA IN RESURRECTIONEM ET
ADSCENSIONEM CHRISTI.

Jam divina cano. Procul hinc, procul ite, pro-
fani!

Ite, quibus veterum fabula ficta placet.

Non mihi Pythagoras, fateor, non Zeno, probatur;

Sordet Apolloni vita, vaverque dolus.

Vos etiam Aonides paullum discedite Musæ;

Ipsæ non capit is, quæ sacra verba loquar.

Nunc ego, pro Pindo, sancti juga posco Sionis;

Proque Hippocrene me juvat amnis Hebrei.

B 3

Ecce

quam voluntas deest, sustinere potest, cuius
gratiæ cœlesti & cæteros omnes Evergetas
atque Patronos meos enixe commendo.



Ecce, redit vivus, quem trux occiderat orbis:
Quem Draco sustulerat, victor ab hoste redit.
Exurgit tumulo, tumuli quem claustratenebant;
Et vivit, vita qui spoliatus erat.
Ad cœlum redit domito redievivus ab Orco;
Et data victori sunt sua regna DEO,
Vivit, qui scuticis, qui vepribus, undique lœsus,
Alta protendit brachia sancta cruci;
Qui sensit, quicquid possent, rabiesq; furorque;
Insonis qui voluit succubuisse neci.
Reddidit huic vitam divina potentia Patris;
Et simul hic vitam reddidit ipse sibi:
Magna DEI soboles, Deus ipse, & rector Olympi,
Quem mare, quem cœlum, vastaque terra,
tremunt;
CHRISTUS nostra salus, spes nostra, & gaudia
certa;
Qui solus nobis pandit ad astra viam.
Ille uti post mortem, rupta tellure, reversus,
Ascendit superas, regna paterna, domus:
Sic quoque nos ipsi vivemus; & excita surgent
Corpora, feralis que tumularat humus.
Obmutesce, sagax Stoa! Non hæc talia prestat,
Nec bene mortali lumine cernit, homo.
Nulla hic calliditas temere miracula finxit:
Nulla hic Circæis ars repetita modis.
Vos eritis testes alba quos ueste nitentes
Aetherea Genios miserat arce Pater. Vos

Vos etiam testes eritis, pia pectora Matrum,
Quaeis primis vacua hæc cernere busta da-
tum est.

Testes tot Sancti, quibus auctor duxq[ue] salutis
Tangendum corpus, vulnera & ipsa, stitit:
Quorum in conspectu CHRISTUS super aethera
vectus

More triumphantis digna tropæa tulit.

Sic est: rem tantam verbis testatur apertis,

Fallere qui nolit, nec queat, ipse DEUS.

Salve igitur, salve, vita melioris origo;

Imperium qui par cum Patre Natus habes!

Per te vera salus orbi quæsita resulxit;

Per te nos pœnis libera turba sumus.

Iam cœlum terræ, cœlo conjunctaque terra est;

Inque polum nobis transitus inde patet.

Iam mors constricta est vinclis, constrictus Avernus;

Iam neque nos, quicquid presserat ante, premit.

Non opis est nostræ, tibi dignas solvere grates,

Qui tantis cumulas nos, DEUS alme, bonis.

Ante tuas igitur proni devolvimur aras;

Inque tui cultum pectora nostra flagrant.

Nos tibi vivemus: nobis tua vita favorque

Vivendi vires consiliumque dabit.

Nunc piget huc ferri, quo labes insita mentis,

Vanaque quo levitas, ambitioque trahit.

Insultet mundus! Fortuna volubilis erret!

Tu, nobis portus spesque salutis, eris.

Si



24 IV. Annotatio ad Elegiam antecedentem.

*Si morimur ; dura non mortis fata timemus ;
Perdidit hæc vires, te moriente, suxs.*

*Si quondam tumulus pallentia corpora condet ;
In tumulo nobis , te duce , parta quies.*

Tempus erit , quo nos socios e morte reduces ;

*Quo putris referet corpora viva cinis :
Quo placidus nobis concedes gaudia cœli,
Gaudia , quæ nullis contemeranda modis.*

P.P. ALTOF NOR. D. XVIII. MAII. A. R. S. CICIC CCXXI.

IV.

ANNOTATIO ad antecedentem Elegiam,
aliæque Observations.

Commode Programmati Seiferheldiano sub-
iicitur elegans hæc Elegia Exc. SCHWAR-
ZII, pace quidem celeberrimi hujus in orbe
literato viri, cuius per plures annos, in Phi-
losophia practica, & literis, ad politiorem hu-
manitatem (cuius præstantiam ipse in cultis-
sima ad *Miscellanea* sua politioris humanitatis,
præfatione egregiè ostendit) pertinenti-
bus, institutioni fidelissimæ mirum quan-
tum debere me , gratus intelligo. Integra
ea exhibetur , nonnisi verbis quibus-
dam honorificis, quæ ea, qua Vir humanissi-
mus in meam tenuitatem semper fuit, bene-
volentia, ipsi expressit, omissis: nec enim
ingenii mei & doctrinæ angustia vel mere-
batur illa elogia, vel capiebat. Neque hoc
etiam



etiam instituto huic meo fraudi erit, quod
hoc ipsum Programma insertum jam legatur
Fastis Vniversitatis Altorfinae, ad An. 1721.
p. 147. seqq. qui auctorem agnoscunt Vi-
rum & ipsum celeb. Dn. Io. David. Koelerum,
Histor. & Polit. P. P. & Bibliothecarium
Altorfinum, ac nuper Regiae Societ. Beroli-
nensis Collegis merito suo adscriptum, cuius
laudes nuper cecinerunt eruditissimi Actor.
Erud. Lips. Collectores, An. 1726. p. 393. cui-
que & ego publice hic gratissimum profiteor
animum pro ipsius informatione in Histo-
riarum & Politices disciplinis, dexterrima.
Ceterum memini elogii, quod egregiae
huic Elegia Schwarzianae, in Museo Vi-
ri Illustris, & undiquaque doctissimi, atque
πολυγλωττάτος, Dn. Maturini Veyssiere la Croze,
Bibliothecarii & Antiquarii Regii Berolinens-
sis, jure tribuit Vir Clarissimus, Carolus An-
dreas Henningius, Gymnasii Berolinensis Sub-
Rector, cui honorem, quem merita ei sua
pepererunt, qui que inde nuper ad eum red-
undavit, cum Regiae Berol. Acad. Scient.
membrum est constitutus, publice gra-
tulor. Publicè verò etiam hic gratias
ago permagnas egregiae doctrinæ & huma-
nitatis Viro, Jo. Erb. Kappio, tum pro aliis
benevolentiae in me suæ documentis, Lipsiae

B s mihi

mihi exhibitis, quo pertinet in primis, quod aditum ad Illustrem, & meritis suis innumeris inclytum, *Jo. Burch. Menckenium*, mihi aperuit, ejusque Bibliothecæ instructissimæ, (cujus gazas catalogus, publice prostantis, indicat) rara & pretiosa cimelia, indultu VIRI Excellentissimi perquam benevolo, ad oculum, eruditissimis immixtis sermonibus, monstravit; tum pro illa singulari humanitate, qua sponte sua tesseram admissionalem ad laudatum *Henningium Berlinensem*, amicum suum honoratiss. præbuit, qui Vir humanissimus, permotus commendatione ista, ipse me in ædes Celeb. *la Croze* deduxit, cuius Illustris Viri consummatam eruditionem, & insignem benevolentiam coram admirandi, facultatem mihi obtigisse, toties vehementer lætor, quoties piam illam sententiam lego, (lego autem iterum iterumque) quam VIR Illustris, & linguarum Orientalium atque Occidentalium ad stuporem usque peritus, d. 14. Jul. A. C. M. DCCXXV. in sui μημεσουν, in Albo meo adscribere (verba legis Croziana) benevole dignatus est, præsente præstantissimo *Henningio*. Syriacis vero verbis in Albo meo præmissis, latinam sententiæ egregiæ addidit versionem, quam inde, pace VIRI ILLISTRIS, hic liceat repetere:



TUUS SVM, DOMINE, SEV MORIAR,
SEV VIVAM.

Jacobus Sarungensis, apud Asse-
manum, Tom. I. p. 313.col. 2.

Quæ omnia solum memoriae præsidium, non
inspecto Assemanni opere, ipsi suggestisse, id-
que miratum esse utrumque nostrum, *Hen-
ningium* atque me, hincque, occasione à
Iaudato *Henningio* data, de isto suo præstan-
tissimo subsidio, quo à se lecta accuratè te-
nere, & in succum, quod ajunt, ac sanguinem
convertere dudum didicerit, egregiè
differuisse celeb. *la Crozium*, bene adhuc
recordor. Id ipsum sane probant tum alia
ejus eruditissima scripta, tum ille in primis
celebratissimus liber, Hagæ - Comit. 1724.
8vo. editus, cui tit. *Histoire du Christianisme
des Indes*, qui in variis Ephem. Liter. recen-
setur, v. gr. in Act. Er. Lips. Lat. 1725. p.
122. sqq. Act. Erud. Lips. Germ. part. 100. n. 4.
Bibliotheque ancienne & moderne, P. I.
Tom. XXI. n. 4. Republyk der Geleerden,
n. 4. alibique; conf. Viri celeb. & de re literaria
universa excellenter meriti, Jo. Gottl. Krausii,
(pro cuius favore atque humanitate, iteratis
vicibus, Lipsiæ mihi præstata, publice hic
gratias agendi qualemcumque hanc occasio-
nem



nem negligere nolui,) Nov. Lit. Germ. 1724. p. 971. 980. 1030. aliisque in locis. Sed revertor ad egregiam Jacobi Sarugensis γνώμην, quam eruditissimus *La Croze*, qua est infinita lectione, accuratissimoque judicio, ut dixi, memoriter deprompsit ex celeb. Joh. Simonii Assemani *Bibliotheca Orientalis Clementino Vaticana*, cuius Tomus I. Romæ, 1719. fol. typis S. Congreg. de propag Fide, editus, recens. in Act. Erud. Lips. Suppl. T. VIII. sect. I. p. 1. sqq. Tom. II. ibid. iisdem typis, 1721. fol. excusus, describitur in Act. Er. 1723. m. Jan. p. 5. sqq. (g) Ex priore Act. Erudit. loco, p. 5. liceat hic afferre, quæ ex Assemani Tom.

(g) Quod opus Assemani maxime insigne, quanto nuper subsidio fuerit PETRO BOSCHIO, Jesuitæ per celebri, in tractatu ejus hist. Chron. de Patriarchis Antiochenis, patet ex iisdem Act. Erud. 1726. p. 198. & suppl. T. IX. p. 71. nec ipso Boschio id dissimulante, ex cuius laudato opere, ut obiter hoc moneam, fusior notitia de PETRO GNA PHEO, sive FULLONE, Episcopo Antiocheno, peti potest, (vid. Act. Er suppl. T. IX. p. 68.) cuius breviorern, pro instituto, mentionem nuper injectit Vir clar. E. L. H. FOLC. HARKENROTHIUS in eleganti, et si brevi, vitæ GUIL. GNA PHEI descriptione, in Bibl. Brem. Class. VIII. Fasc. I. n. VII. p. 119.



Tom. I. n. XXVII. ibi adducunt Celeberrimi collectores: *Sanctus JACOBUS Sarugensis, inquit, Batnarum Episcopus, seu urbeculae in regione Sarugensi sitæ, quæ duo Renau-dotius confundit, ac Jacobum nostrum hæreticorum Monophysitarum antesignanum injuste vocat, ex Nostri sententia, qui prolixè illi respondet.* N. XXVIII. *GEORGIVS, Jacobi Sarugensis discipulus, encomium in Præceptorem suum scripsit.* Haec tenus illi. Atque hæc quoque obiter adjecisse, fas sit, occasione sumta ab Elogio illo, quod Elegiæ, quæ paulo ante legitur, Schwarzianæ, in Museo Croziano, d. 14. Jul. 1725. ab eruditissimo Henningio datum merito esse, latus memini, nihil cæteroqui, quod iure argui possit, hic admisisse, confisus, nisi quod modestiam horum Vironum celeberrimorum læsisse videri queam.

V.

ORATIO (a)

De hominum e morte resuscitatorum exemplis, ex historia profana repetitis.

(a) Temporis rationem habiturus, hanc orationem hic sisto, quam ante sex jam annos, moderante actum Celeb. Viro CHRISTIANO GOTL. SCHWARZIO, Præceptore & Patrono meo omni observantiae cultu perpetuò venerando



**RECTOR ACADEMIAE MAGNIFICE,
MAXIME GENEROSE HVIVS OPIDI
PRAEFECTE;**

PATRES ACADEMIAE

*Omnium Ordinum Excellentissimi,
Celeberrimique,*

PATRONI ac PRAECEPTORES,

*Quo par est, Animi cultu, & veneratione con-
stanter prosequendi,*

**TVQUE NOBILISSIMA ac STIRPIS VIR-
TUTISQUE Præstantia commendatissima, inque
spem PATRIAЕ feliciter efflorescens
STVDIOSORVM Corona.**

SI quod unquam tempus piis Christiani
orbis gaudiis, læta animorum exsultan-
tium significatione, suavissimisque vocum
divini Numinis beneficia celebrantium con-
centibus, solemniter hilariterque est trans-
actum: Illud profecto fuit, quo nuper san-
ctam Christi, Servatoris humani generis
dulcis-

do; Altorfii Noric. ubi studio Theologico
tum vacabam, recitavi. Eam, cum adhuc
neglecta prorsus apud me delituisse, hortatu
virorum quorundam doctissimorum, qui
argumentum ejus, ex præmisso supra Pro-
gramma-



dulcissimi, e morte in vitam gloriose reversi, memoriam pie grateque divinior cœtus celebravit, atque adhuc plausus inter ac votivas exclamations religiose veneratur. Et habet sane Christianus populus, quo incredibilis lætitiae suæ luculenta hoc tempore faciat indicia. Ec quod enim, quæsumus, beneficium vel reperiri excellentius, vel præstantius excogitari, vel prædicatione dignius existimari potest, quam quod Christus, unicus ille nostræ salutis Auctor, postquam cœlesti suo Patri de universi orbis peccatis infinito sanguinis sui precio satisfactus, horrenda supplicia, & ipsam adeo mortem acerbissimam subiisset, interposito tridui

grammate Schwarziano, perspexerunt, & ipsam orationem, si vel maxime pro dignitate elucubrata haud esset, publica luce haud indignam judicarunt, hic ut exhiberem tandem, permoveri me passus sum. Adeoque paucis monendum duxi benevolum lectorum, ipsum quidem orationis argumentum ab Exc. SCHWARZI o mihi propositum, & auctores veteres, tum Græcos, tum Latinos, qui hæc, quæ attuli, exempla enarrant, benevole ab eodem mecum communicatos esse; ordinem vero illius, & quam vocant, dispositionem, arbitratui meo qualicunque permittam.



tridui spatio , effractis & disiectis sepulcri
repagulis, ruptoque mortis vinculo, ad vi-
tam, ceu gloriosissimus mortis victor ac tri-
umphator, & omnium suscitandorum prin-
ceps, surrexit. O rem omni cogitatione
sublimiorem ! O beneficium nulla , ne elo-
quentissimi quidem hominis, oratione digne
satis extollendum ! Maxima sunt & recon-
dita, quibus nostra nititur salus, mysteria,
& si vel obiter duntaxat contemplari nunc
mihi liceret totum nostræ salutis ordinem,
& præcipua Religionis Christianæ capita
veluti per transennam aspicere, bone Deus!
quam amplius rerum sublimium campus se

mibi

missam , nec in ipsa oratione , utcunque
deinceps à me elaborata, quicquam, pauca si
verba exceperis, à Celeb. Viro, fuisse immu-
tatum. Neque vero hæc eo fine dicuntur, ut
inanem inde gloriam captare velle videar,
quam utique hæc oratio, à nullis vel doctrinæ
vel elegantiae notis se commendans , conci-
liabit plane nullam : id quod in omnem pa-
ratus eventum, mea sponte præsentisco. Sed
honor & gloriæ hujus Excellentissimi Docto-
ris mei ita potius consultum ivi, ut, dum le-
ctores omnia in hac oratione , jejuna , & al-
omni eloquentia plane deprehendent aliena

fol



mihi aperiret, quam vasta & inexhausta rerum, quæ nulla ratione investigari queunt, argumenta sese offerrent; quas credere potius, quam assequi cogitatione, & admirari magis, quam rimari nos oportet. Sed ut habita mei instituti ratione, saltim gloriosæ CHRISTI resurrectionis beneficium, quæ inter potiora sanctioris doctrinæ capita non sane postremo loco est collocanda, oculis animi subjiciam, temperare mihi non possum, quin eam grande quoddam & piamentis veneratione suspiciendum Christianæ sapientiæ mysterium, id quod omnes omnino vere Christiani fatebuntur, suo jure appellem. Scilicet est hoc illud ipsum firmissimum fundamentum, quo nostra, quam tantopere expetimus, plena omnis felicitatis vita innititur; est, est, inquam, hoc

C myste-

soli mihi cuncta adscribant: cum neque vestigia accurationis & eruditionis Schwarzanæ hic occurrant Optandum potius esset, ut ipse hoc argumentum, pro incredibili sua lectione in omnis generis auctoribus priscis, & limato judicio, uberioris, quam ab aliis adhuc factum est, aliquando in peculiari diff. pertractet. Interim nec mihi hac ipsa in re excus-

cu-



mysterium pignus illud certissimum, quod
in spem indubitatem nostræ aliquando fu-
turæ resurrectionis, quam omnibus nume-
ris absoluta, & in secula nunquam finitura
perdurans salus sequetur, acceptum tene-
mus, servamus, & ad ultimam usque vitæ
horam solicite custodiemus. Sed tantum
quidem mysterium, ex quo vita & salus de-
pendet, quo sanctius est, & sublimius, &
quo certius ex sacrarum literarum pia &
decenti lectione, nobis innotescit; eo illud
minus ab iis, quos sacra verbi divini oracula
fugiunt, recte potest cognosci. Hic tu cer-
ti aliquid a ratione nequicquam exspectes:
huc vires intellectus humani, sibi si soli re-
linquatur, sese penetrare non possunt:

cusationis materia deest, speroque, me faci-
li negotio eam à benevolo lectore impetra-
turum esse veniam; quam olim post reci-
tatum orationem, ab Amplissimo illo Audi-
torum confessu, memini consecutum me esse,
qui majorem adversæ valetudinis meæ, qua-
cum, illo tempore, conflictabar, quam oratio-
nis leviusculæ benignam habuerunt ratio-
nem. Scilicet mox post ipsum Resurrectionis
Christi festum habenda erat Oratio. Ast di-

vino



hoc ad mysterium plene cognoscendum ratio cœcutientium Philosophorum nunquam pertinget. Neque vero existimandum est, doctrinam de futuro corporum mortuorum in vitam reditu rationi & naturæ esse adversam. Sunt sane, fateor, multi inter paganos, qui dum animos post mortem superstites fore, & vel præmia de bonis, vel pœnas de malis in vita perpetratæ, a supremo vindice exspectaturos, persuasum habebant, de corporum quoque, ut instrumentorum, suscitatione nonnulla balbutierunt. Verum enim vero quotusquisque est, quem lateat, quam dubie, quam hæsitanter hac in re sint versati, quam

C 2 ægre

vino Numinis visum est, febrim, quæ quotidiana fuit, mihi interim immittere, quæ non elaborationem modo orationis difficilem & inæqualem reddidit, sed ipsam quoque ejus recitationem usque ad Festum Ascensionis Christi differre coëgit. Id cum Excell. SCHWARZIO per schedulam significarem, ille, qua est humanitate, aliquot saltem dies, ante, quam habenda esset oratio, d. 17. Maii 1721. suavissimas has literulas, quas Msc. meæ orationis adhuc insertas nuper deprehendi



ægre pedem hinc extricare laborarint, plane
ut similes illis appareant, qui in tenebris pal-
pitare coguntur. At ne cui mirum esse vi-
deatur, me hæc ipsa tam audacter constan-
stanterque asserere, & speciosius forte, quam
verius ea dicere, non memorem quippe tot
tamque insignium exemplorum, in priscis
& partim hodie adhuc exstantibus profano-
rum scriptorum monumentis passim occur-
rentium, quibus *complures homines ex ipsis
paganis è morte ad vitam esse reversos, luculen-*
ter evinci possit: hinc propositum mihi est,
exercitationis gratia, nonnulla ejus generis
exempla ex historia profana edifferere, atque
num sua illis constet veritas, quidque insuper de
illis observandum videatur, pro tenuibus ingenii
viribus, breviter dispicere. Nihil est, Au-

DITO

hendi, reposuit, quas, cum eo faciliorem
lectoris veniam mihi conciliare posse vide-
antur, pace VIRI humanissimi, hic liceat
exhibere. Ita autem ille ad me perquam bene-
vole:

Nobilissime Domine Beyschlagi,
 “ Omnes literæ tuæ mihi sunt gratissimæ,
 “ multo gratius, cum TE convalescere in-
 “ tellexero. Oratio tua optime habebitur,
 “ DEO volente, proximo die Martis, aut Mer-
 curii;



DITORES SPECTATISSIMI, ut elaboratam industria orationem, & quæ sua se dignitate commendet, expectetis: talem enim in hunc splendidissimum locum afferre, etsi vel maxime debebam, virium tamen mearum imbellicitas non patiebatur. Quare nihil reliqui video mihi superesse, nisi ut, qua possum, observantia atque humanitate, a vobis, AUDITORES, petam ac contendam, ut, quam semel exoptatissima præsentia vestra mihi exhibere lubuit benevolentiam, eam nunc porro, patientes vacuasque breviter dicenti aures præbendo, qui vester est favor eximius, haud gravatim continuetis.

Atque ut inde statim orationis mæsus

C 3 sus

curii; quia argumenta de resurrectione & " ascensione CHRISTI, facillime, & vel tri- " bus verbis, connecti possunt. Cura mo- " do, ut satis valeas. T. t.

C. G. SCHWARZ.

Atq; sic factum est, ut postquam ex morbo, per DEI gratiam, convalui, paucos post dies, die scil. xx. Maii, orationem, ægro corpore conscriptam, adeoque venia dignissimam, recitare utcunque potuerim. Quæ ut præmitterem, ipsa fere necessitas postulare videbatur.



sus provehatur, unde reliqua deinceps facilius poterunt diiudicari: intelligo, AUDITO. RES omnium ordinum honoratissimi, nihil mihi æque nunc incumbere, ac ut e Græcis Latinisque prisci ævi monumentis exempla afferam, quæ testatum faciant, creditum omnino esse à plerisque paganorum, fuisse ex sua gente plures, qui mortui cum essent elati, nescio quomodo revixerint. Sed video boni ordinis caussa qui efficacissimum dicendi subsidium suo quodam jure habetur, certas quasdam orationi meæ legesfigendas esse, certosque limites definiendos, hinc adeo cum ab argumenti, tum ab ipsius instituti mèi ratione non alienum videtur, tribus potissimum membris omnem rerum pertractandarum ambitum includere. Initio itaque, ut ostendi, exempla suscitatorum morte hominum, quæ aliqua disquisitione digna videbuntur, bona fide recensēbo: hinc examinatis potioribus circumstantiis, de ipsa vel veritate vel falsitate eorum iudicium feram: tandem quid Christiana Religio inde vel damni, vel confirmationis, accipiat & quomodo infinitis modis maior & excellentior sit gloria ac veritas Resurrectionis Christi potissimum, tum qua nos ali-

quā-



quando per DEI bonitatem gaudebimus, di-
lucide, habita tamen ubique brevitatis ra-
tione, commonstrabo. Prodite ergo nam
ad vos omnis mea nunc spectabit oratio,
prodite, inquam, quo voscunque loco con-
tineatis, quos iam olim mortuos ad vitam
denuo prodiisse, scripta veterum persuadere
nobis conantur; agite, & patiamini de
vestra ad huius lucis usuram, quæ perdita
vobis erat, revocatione pauca narrare. Non
est, ut metuatis, ne manes vestros inquiet-
tem, umbras perturbem, aut animabus, si
qua gaudent, tranquillitatem invideam: de
vestra in vitam reversione, & anne sua se-
veritate tueatur, differere, id vero unicum
est, quod intendo. *Primus* igitur, quem in
scenam producere libeat, sit *Aristeas*, qui
a Propontidis quadam Insula *Proconnesius*
vulgo audit, & versibus græcis olim non
parvam sibi laudem peperisse dicitur; huic
enim vel vetustatis memoria primum vide-
tur locum assignare. Variæ autem vario-
rum de eius morte & inde in vitam regres-
su, sunt narrationes. Dantur, qui minus
explicate de morte eius pronunciant, id po-
tius afferentes, eum, quandocunque volue-
rit, animam suam reddere, ac si visum fuisset,

set, recipere solitum esse: Certe Plinius, eam visam ex ore ipsius evolantem corvi effigie, his ipsis verbis memoriæ prodidit. Sed præstet audire, quæ Herodotus hac de re habeat, qui & explicatius & fusi us eam descripsérat, summa vero narrationis eo fere redit: Se, ait, cum in Proconneso & Cyzici ageret, audivisse, Aristeam olim in eadem Proconneso fullonicam officinam ingressum, ibi diem suum obiisse, statimque fullonem clausis post se officinæ foribus mortem hanc Necessariis Aristæ indicatum abivisse. Hinc cum iam fama de eius obitu in urbe percrebusset, accessisse quendam ex Cyzico oriundum, qui hac super re sermones miscentibus, sese cum Aristea apud Cyzicum congressum collocatumque esse, affirmaret, cumque in proposito persisteret, propinquos defuncti ad fullonicam accurrisse, sed nec vivum Aristeam, nec mortuum reperisse, qui vero tandem exactis septem annis in Proconneso comparuisset, & versibus de Arima spis confessis, rursus hominum conspectui se subduxisset. Alterum huc pertinens exemplum est Eris Pamphylii, quem, præter Platonem, multi alii e veteribus scribunt in proœlio

lio occisum, decem diebus inter cadavera iacuisse; binos deinde post dies, ex quo inde subtractus est, rogo, ut cremaretur, esse impositum, statimque vitam recepisse, atque multa mira, quæ interea apud inferos vidisset, retulisse. Huic continuo *terium* adiungam, quod de *Cleomedes Astypalæensi* scriptum est. Ille fertur Iccum aliquem in pugilatione trucidasse, sed præmio, quod vietorem manere debebat, ipsi fraudulenter detracto, indeque mentis impotentia apud eum exorta, tandem Astypalæam rediisse, inque locum quendam docendi publicum, magno tum numero puerorum frequentatum, ingressus esse, commotaque, qua totius ædificii structura nitebatur, columnæ, concussisse domum, ut illius ruina pueri opprimerentur: hinc ab irritatis hac iniuria urbis incolis lapidibus petitus in æde Minervæ refugium quæsivisse, & arcæ, quæ forte ipsi tum obtigerat, sese inclusisse prohibetur; cuius operculum cum cives aperi-re diu, sed nequicquam tentassent, arcam denique vi effregisse dicuntur, sed in ea Cleomedem nec vivum illum, nec defunctum offendisse; consulentesque hac super re oraculum, responsum accepisse, ut Cleo-

C 5

medi

medi Heroum postremo sacrificia fierent.
Audivistis, AUDITORES HONORATISSIMI,
unum atque alterum institutorum exemplorum, nullis quidem adhuc inspersis iudi-
ciis, quæ alteri parti reservaturum supra me
obstrinxi, illustratum, sed simplici tantum
ac nuda relatione a me enarratum. Pace
ergo vestra etiam pauca alia, quæ supersunt,
qua potero brevitate, præmissis subiungam,
atque deinceps nulla interiecta mora, ad ip-
sum eorum examen me convertam. Sit er-
go quartus, qui hunc in censum veniat, *Hermo-*
timus Clazomenius, cuius animam post alios
Plinius tradit, consueisse, relicto corpore,
longe diuque hinc inde circumerrare, &
quæ in locis procul dissitis agerentur, expi-
scari, remeantem deinde in corpus ea omnia
enarrare, quorum, nisi a præsenti, notitia
haberi non posset; corpore vero ab anima
destituto, aliquando ab inimicis, permit-
tente uxore, cremato, reversam ani-
mam cum domicilium, ubi contineretur,
non inveniret, veluti nunquam posthac re-
dituram, evolasse. Clazomenios vero, quo-
rum animi religione forte excitati erant, fa-
num ipsi extruxisse, quo mulieres prohibe-
rentur. *Hunc excipiat Epimenides ille Cre-*
tensis



tensis, quem referunt, cum rus a Patre missus, ad æstum meridianum avertendum, a tramite aliquantum secessisset, & in spelunca recubuisse, plus quinquaginta annorum spatio ibi dormientem iacuisse; denique e somno excitatum, inque patriam reversum, neminem, quem antea novisset, reperisse, neque ipsum et a quo piam cognitum esse, si fratrem natu minorem excipias, qui & ipsi, quæ contigissent, narraverit: postea vero totidem diebus consenuisse, quot annis in antro sopitus remanserat. Id vero ipsi non sane parvam apud Græcos famam peperisse, quem & Dii ipsi dilexissent, sic, ut illi defuncto Cretenses, velut Deo sacrificia obtulissent, & religiose eum coluissent. Non parum quoque admirationis apud Romanos *Aviolæ Viri Consularis* exemplum excitasse, post Plinium, Valer. Max. prodidit; eum namque & a medicis, & ab illis, qui in domo ipsius erant, pro defuncto reputatum esse, & cum satis longo temporis intervallo in terra cubuisse, elatum tandem esse, & in rogo, cum flamma corpus eius attigisset, vivere se, exclamasse, opemque magistri sui, qui solus ibi perstitisset, implorasse, sed iam prævalente circum circa igne, vivum esse combustum. Unicum ex iis, quæ collegi

legi, exemplis adhuc superest. Nimirum
puellæ illius notissimæ , quam *Apollonius*
Tyaneus fertur mortuam ad vitam revocasse.
Philostratus , cuius vita Apollonii adhuc in
eruditorum manibus versatur , rem ita fere
recenset ; puellam scilicet tempore nuptia-
rum vitam cum morte commutasse visam
esse , & elata illa , sponsum , ut moris erat ,
veluti nuptiis imperfectis , feretrum eiulan-
tem secutum ; ipsam vero puellam , ex con-
sulari familia , oriundam , ab universa Roma
esse deploratam . Accedentem autem Apol-
lonium , feretro poni iusso , dixisse se lacri-
mis , queis puellam deflerent , mox finem
esse impositurum , exploratoque puellæ no-
mine , nihil eum aliud egisse , quam ut ma-
nibus eam contrectasset , atque seorsum non-
nulla insurraffasset , ac eo modo a morte ,
quam obiisse videretur , eam excitasse , sta-
timque tunc puellam , postquam ante locuta
esset , in ædcs paternas rediisse . Ad *ipsum*
verò *Apollonium* denique quod attinet ,
etsi sunt , qui & hunc mortuum ad vitam
reversum esse , contendant , mire tamen va-
riant hac in re scriptores , atque ipse Philo-
stratus ita scribit : De genere mortis eius , si
mortuus tamen est , varie relatum est . Per-

1851

git deinde, alios tradere, Ephesi eum mortuum; alios, in Lindo esse defunctum, Palladis templum ingressum, atque in eo conspectui hominum subductum; alios denique perhibere, in Creta mortem eius contingisse, modo magis etiam mirabili, quam qui in Lindo, atque eum deinde disparuisse.

Et hæc sunt, AUDITORES, quæ veterum monumenta suppeditarunt, hominum suscitatorum exempla: Dantur equidem adhuc nonnulla alia, sed ea, cum fabularum nomen aperte præ se ferant, non digna existimavi, quæ hic locum aliquem inventiant. Pergam igitur potius ad *alterum membrum*, & præcedentium exemplorum breve quoddam examen suscipiam, cum sine aliquo iudicio, ob nonnullas caussas minus sibi cohærentes, vix dimittenda esse videantur. Evidem non is ego primus sum, qui hunc laborem aggrediar; exhauserunt eundem iam ante me, doctissimi & in orbe Erudito celeberrimi Viri (b) immo iam multis

(b) Ut Scriptores Systematum Theol. ex variis Religionibus taceam, quos magno numero recenset summe Ven. Dn. D. C. M. PFAFFIUS, Can-

tis abhinc seculis non defuerunt, qui hac in re operam suam locarent; ita ut vix spicilegium mihi post tantam messem relictum esse videam. Igitur ne actum agere existimer, si, quæ alii iam copiose ostenderunt, ea ego rædiose repetere vellem, iuvabit tantum per potiora capita ire, & tribus tantum, quod aiunt, verbis in quavis historia illius vel veritatem, vel falsitatem commonstrare. Ad Aristeam itaque *Proconnesium* ut revertamur, iam olim Origenes in libris contra Celsum solide demonstravit, quam fabulosa sint, quæ de eius morte & inde in vitam reditu vulgo tradantur. Ut rem omnem breviter expediam, videtur hic ipse Aristreas commixtus esse cum Aristæo Apollinis filio, quem, præterquam quod multa

alia

Cancellarius Acad. Tubing. in P.I. Introd. ad Hist. Theol. lit. p. 213. -- 267. ex quibus nonnulli, (in primis Io. HENR. HEIDEGGERUS in Corp. Theol. Christ. Tiguri 1700 fol. 2. Tomis edito,) hoc argumentum, plus alii, alii minus, attingunt; quorū & eos refero, qui peculiaribus libris, vel dissertationibus locum de RESURRECTIONE MORTUORUM excusserunt & illustrarunt, qui & longa serie

occur-



alia fecisse dicatur , quæ supra de nostro Pro-
connesio quoq; attuli, post peragratum uni-
versum fere orbem , hominum a conspectu
subito se subduxisse legimus. Quam parum
vero fidei apud nos habeat illud Deorum Dea-
rumque olim in terris actum commercium ,
quilibet cordatorum satis intelligit. Hinc
& cum facile confusio nominum hic lo-
cum inveniat, quo iam fundamento nita-
tur illa Aristææ historia, non obscurum esse
potest, præsertim quando iam olim , com-
mentitia hæc esse, Ethnicorum cordatores
ostendere. Transeo igitur ad *Erem Pam-*
phylium, quem e cadaveribus post decem
dies

occurrunt in laudato PFAFFII opere, P. I. p.
392. & 393. Editionis, quæ tribus nunc Partibus
mirifice locupletatis, in quarta, quam dicunt,
forma , prostat. Hos, inquam, ut hic non
commemorem; pertinet huc H. GROTIUS,
de ver. Rel. Christ. Lib II. §. VII. p. m. 100.
edit. Viri Celeb. ERNESTI SAL. CYPRIANI,
Lipſ. 1709. 8v. huiusque analecta ad hunc
locum , p. 330. 331. & quæ Vir doctissimus,
M. Io. CHRISTOPH. KOECHERUS ad finem il-
lius §. Grotiani nuperrime annotavit , in
editis à se variorum notis ac animadvy. in
laudatum Grotii librum , qui & meam hic
operam



dies extractum, rogoque impositum revixisse dixi. Sed præter Platonem, qui fabulam hanc & Apologum appellat, cui Plutarchus adstipulatur, qui fabulam eam dicit, unde allegoricus sensus sit eruendus, Macrobius tradit, visum modo Erem esse vitam effundere & recipere, quam revera non perdiderat: Itaque nec hoc exemplum, ex ipso scriptorum profanorum testimonio, omni exceptione maius deprehendimus. Sed videamus, num, quæ de Cleomedे Astypalæensi dicta sunt, qui arcæ se inclusisse, ea vero effracta, nec vivus nec mortuus apparuisse dicitur, maiori se veritate commendent. Verum tantundem fidei, ac illa

operam nonnihil occupavit, adductis iam duabus IO FECHTII Exercitationibus eruditissimis, quarum altera in Noctibus Christianis n. XI. occurrit, altera in eiusd. Schediasmatibus sacris n. l. legitur, & prioris continuatio est. Vtraque titulum gerit: De Resurrectione Carnis, an, & in quantum illa ex naturali ratione innotescat. In his cum hæc, quæ oratio mea exhibit exempla, adducantur, & doceantur examinentur, allatis auctorum veterum locis, quæ ipse in fontibus tum inspexeram, & inde hoc loco allegare supersedeo; in prom.



illa quæ modo missa feci, exempla, hoc mereri, & Origenes adversus Celsum & Plutarchus in Romulo docuerunt, qui illud in numerum confistarum a Græcis fabularum retulere. De *Hermotimo Clazomenio*, cuius anima corpore excedere, eoque post aliquod tempus reverti consueuisse, indicatum est, ut meliora nobis promittamus, multæ obstant rationes. Ut taceam, iam priscis temporibus Lucianum & Apollonium Dyscolum rem pro mea fabula habuisse, probari adhuc non potuit, corpus illius plane mortuum fuisse, immo vero ex Plinio constat, illud interim semianime iacuisse. Quodsi ergo Augustino fidem habemus, mentionem facienti Presbyteri cuiusdam, qui Restitutus vocabatur, quique pro arbitratu suo exanimis in terram concidere & mortuo similis iacere solebat; dubium hic nullum fere

Tomi I. Fasc. I.

D

est

promtu eram, ut ad eas lectores remitterem, cum ecce KOECHERIANAM industriam me prævenisse, lætus intelligerem. Ceterum P. D. HVETIUS, idem hoc argumentum in Demonstr. Evang. fuse pertractat, quem cum & Fechtius in multis lequi haud dubitaverit, pressius illi inhærere vilum est,



est, quin Hermotimus ad proposita sua eo securius tutiusque perficienda pari fraude usus sit, neque desunt similia Exempla, quæ vel ex Romanahistoria possent in medium afferri, nisi temporis esset ratio habenda. Porro quemadmodum idem ille Presbyter, quod & ipse Augustinus scripsit, quando ita mortuo similis iacebat, nec ferri, nec ignis vim sentiebat: ita vero admodum videtur simile, Hermotimum eo ipso tempore, quo dolo isti intentus erat, ab inimicis eius subito in ignem coniectum, atque sic crematum esse. Defert me ordo ad *Epimenidem Cretensem*, quem supra, plus quinquaginta annis somno sopitum esse, narratum a me est. At vero vix digna est hæc fabula confutatione, quam & Plinius & Diogenes Laertius iam olim reiecere, quorum posterior addit, fuisse, qui adeo non eum dormisse contenderent, ut hic inde per agros & silvas oberrans, rei herbariæ longo tempore operam suam consecraverit. Maximum vero Tyrium si audire placeat, existimat ille, *Epimenidem* eo consilio isthanc fabulam confinxisse, ut inter hominum vitam & longe durantem somnum magnam intercedere similitudinem, ostenderet. Ad *Aviolam* autem



tem, *Virum Consularem*, qui in rogo revixerit, quod attinet, non multo opus est, labore, ad eam historiam convellendam. Conceptis namque verbis Valerius Maximus, cum mortuum creditum esse, scribit: facile ergo fieri potuit, ut, cum exanimis elatus, rogoque impositus esset, igne calorem vitalis, quem, verisimile est, ante paulisper suppressum esse, denuo fovente, ad se ipsum redierit, ac se vivere exclamarit. Venio ergo tandem ad puellam, quam *Apollonius Tyanus* (c) ad vitam resuscitare visus est. Totam ego historiam, vel fabulam potius, ex Philostrato vita Apollonii scriptore, supra recensui. Verum enimvero quo minus fidem illi meam attribuere possim, plures sunt, eaque non spernendae, ut opinor, rationes. Ante omnia dubiam mihi reddunt

D 2 rem

(c) Legi hic merentur, quæ p. D. HVTIUS, IO. FECHTIUS, aliquique, supra laudati, hac de historia, quam recte fabulam dixeris, æque erudite quam fuse observarunt. De ipso Apollonio Tyanensi eiusque præcone, Philostrato, Hamburgensis ille Reipublicæ literariæ Bibliothecarius DN. D. IO. ALB. FABRICIUS agit, in Bibl. Gr. Volum. IV. p. 43. sqq. seu Lib. IV. cap. 24. adde paulo infra notam meam (d.)



rem omnem ipsius Philostrati verba : non enim scribit : *puella mortua est*, sed *τεθνά-
νας ἐδόκει*, *mortua esse videbatur*. Paucis
deinde interiectis de Apollonio dicit, eum
puellam e morte, quam obiisse videbatur,
excitasse. Et vero quid, quæsumus, hanc
rem dubiam magis ac incertam, imo su-
spectam reddere valeat, quam quod narrata
iam historia, ipse fluxum & hæsitans iudi-
cium suum his verbis subiunxit: „Utrum ve-
ro scintillam animæ in ipsa invenerit, quæ
Medicos latuerat (dicitur enim pluisse tum
Jupiter, ipsam vero vaporem facie exhalaf-
fe) utrum extinctam animam refocillave-
rit atque reduxerit, difficile est indicare,
non mihi solum, verum iis etiam, qui præ-
sentes tum fuerunt-„, Quemadmodum vero
aqua-

Conf. etiam, quæ Hugo Grotius Lib. IV. §.
VIII de Verit Rel. Christ. hac de re. scripsit,
& quæ ad illum locum E. S. CYPRIANVS do-
cte commentatus est, in Analectis suis Ad-
de C. A. HEUMANNI Diff. Acad. An. 1707,
lenæ hab. de miraculis Vespasiani Imperato-
ris Romani, §. IV. V. & VI. nuper quoque à



aquarum ea est indoles, ut, quo latius serpent, eo magis augeantur, ita, ut e tenui saepe initio in magnam molem excrescant: pari ratione res in hac fabula se habuit: namque Philostratus quidem dubio & hæsitabundo animo eam descripsit, & rem omnem veluti in medio reliquit: sed sequenti tempore Fl. Vopiscus ita confidenter, itaque audacter hoc factum asseveravit, ut scribere non dubitarit: “Quid illo viro (Apollonium intelligit) sanctius, venerabilius, divinusque inter homines fuit? *ille mortuis reddidit vitam*: ille multa ultra homines & fecit, & dixit, “ & quæ sunt reliqua. Ut cunque vero hæc omnia se habeant, non defuere tamen, qui fraudem hanc detexerunt; immo qui totum, quem de Apollonii vita Philostratus reliquit, scriptum nullius vel parvi esse momenti docuerunt ipsumque Philostratum, & suo quidem merito, sublestæ fidei scriptorem appellarunt.

D 3

Id

I. C. KOECHERO ad laudatum §. Grot. commentante, p. 376 Notarum & Animadvers. variorum ad Grotii egregium illum librum, in eadem Vespasiani cauffa, quæ Tyaneæ persimilis est, allegatam, quam sibi tamen ad manum fuisse, negavit.



(d) Id enim fere ubique in eo sibi proposuit, ut ad CHRISTI miracula, quæ negare non poterat, vel eludenda, vel aliis modis exagitanda, Apollonio suo fere eadem, quæ de CHRISTO leguntur, similia certe, tribueret, & ineptæ illius ac impiæ CHRISTI & Apollonii comparationis, quam postea, ad exemplum Philostrati, Hierocles impudenter instituerat, primus auctor esset. Nullo igitur negotio hinc confici potest, confitam istam puellæ resuscitationem, eiusque caussam atq; originem ex veris illis CHRISTI miraculis esse repetendam, quando Jairi Principis Synagogarum filiam defunctam, & mortuum viduæ Nainiticæ filium ad vitam revocavit. Quæ vero tandem de Apollonii ipsius in vitam reditu dicuntur, ea sic
funt

(d) Generatim de scriptis Philostrati consule Fabricium in Bibl. Gr. L. IV. c. 24. ubi & sigillatim §. II. de vita hac Apollonii, & §. XV. de Apoll. Tyanensi ipso, agit. Huius vitæ Gallicam Bla-
fii Vigenerii possideo versionem, quæ in titu-
lo tomus tertius, sine dubio, operum Philost. ex
translat. gall. vocatur: (Philostrate de la Vie d'
Apollonius. A Tournon. MDCXI. 8v.) In fronte
Apollonii effigies, laureato capite, exhibe-
tur, cum inscriptione: APOLLONIUS TEANEUS,
cuius editionis cel. Fabr. l.c. §. II. p. 46, non me-

sunt incerta , tantisque tenebris involuta ,
ut , ceu supra ostendi , Philostratus , post-
quam plures complurium opiniones attu-
lisset , ipse tandem fateatur , sibi de genere
mortis eius parum constare .

Intellexistis adhuc , AUDITORES OMNIUM
ORDINVM HONORATISSIMI , tum quæ Gentili-
um monumenta suggesserunt , hominum
mortuorum , ut credebantur , vitæ restitu-
torum exempla , tum quibus rationibus ea
falsitatis argui convincique queant ; ut adeo
ne minimam quidem fidem mereantur . Sed
cum meminerim , me supra promittere *ter-
tio loco* ostensurum , quid Christiana Religio
inde vel damni vel confirmationis capiat , &
quanto excellentior sit CHRISTI , & nostra
olim futura resurrectio ; agite , AVDITORES
SPECTATISSIMI , mihique hæc tribus tantum ,

D 4

quod

minit . Quem vero ibi de ista versione adduxit
elegantem Bælli locum , is in recentiss Diction.
eius edit . occurrit Not K p . 180 . a voce Amiot .
conf . idem Fabricius in Del . arg . & Syll script .
de V . R . C . cap . 2 . § . 3 . p . 77 . seq . de Euseb . libro
contra Hieroclem , adde cap . 43 . 44 . 45 . Ven .
MOSHEMIUS Bibl . Brem . cl . III . p . 1 . seqq . obs . do-
ctiss . de Apoll . Tyan . Imag . Telest inseruit , (conf .
cel . ARP II Ferias Æstiv P . I . § . XIX . p . 13 .) ubi
§ . 4 . nota (a) p . 9 . ita de hac vita iudicat :



quod aiunt , verbis edifferenti patientiam
vestram benevole porro commode. Ea
semper fuit infernalis genii fraus atque astu-
tia , ut , quæ in sacratioribus litteris consi-
gnata ac proposita essent, vel humanam vim
superantia miracula , vel ad hominum sa-
lutem pertinentia dogmata , ea ipse variis,
iisque callidissimis artificiis dolisque vel im-
pugnare , vel labefactare , & nescio quibus
fabulis atque commentis involvere conare-
tur. Verum enimvero inter tot cœlestis fa-
pientiæ capita , haud scio , an ullum aliud
majoribus Satanæ insidiis infestatum fuerit ,
quam hæc ipsa de Resurrectione Servatoris
doctrina. Nam qua est astutia , facile in-
telligebat , & sua plurimum referre sentie-
bat , si hanc veritatem aut dubiam redde-
ret Christianis , aut prorsus incertam , fore

ut

“ Nondum dextrè satis Apollonii vita , ut
“ à Philostrato narratur , per vestigata , non-
“ dum satis apte , ordineque Chronologi-
“ co disposita est — Historici illius , quo
“ vix unquam inconcinniorem me legisse ,
“ recordor , inscitia , stupor , ac inertia doctis-
“ simis obfuerunt viris , quo minus omnia si-
“ ne erroribus traderentur. Hæc cel. Moshe-
“ mius.

ut reliqua omnia Religionis Christianæ capita conciderent atque collaborerentur. Hoc consilio omnem movit lapidem, omnesque conatus eo intendit, ut excitaret eiusmodi hominum pestes, qui vel aperte negarent, IESUM resuscitatum a mortuis esse, vel certe, id affirmantibus varia dubia, ingeniōse s̄epius, interdum vero satis leviter excogitata, moverent. Hinc mox Paulus, Vir divino spiritu instructus, de veritate resuscitationis Domini ē morte, cum Philosophis Stoicis & Epicureis in urbe Athenarum disputare necessum habuit; mox aliquot hæreticorum insurrexere, qui eandem doctrinam deriderent, atque in dubium vocarent; mox ille infensissimus cœlestis veritatis hostis instruxit alios, qui insigne hoc resurrectionis miraculum & sapientiæ Christianæ mysterium extenuarent, hominumque Ethnicorum, qui tum olim, tum circa illud tempus e morte ad vitam redierint, exempla iactitando, Christianis opponerent. Sed videamus num antiquus ille Draco his astutiis id, quod expetebat, consecutus sit, & anne commentitia ista hominum suscitorum exempla veritatem **CHRISTI** resurrectionis, nostræque aliquando eventuræ;

D 5

vel



vel elevare, vel supprimere potuerint, & an nostra religio commodi inde aliquid, vel damni possit expectare. Aut igitur vere contigerunt isthæc exempla, aut quemcunque in finem ab hominibus impiis, forte etiam superstitionis, sunt conficta. Quod si prius admittamus; quanquam ad unum omnia falsitatis suæ satis, ut opinor, supra sunt convicta; largiamur tamen tantisper, vera esse omnia, quæ Gentiles tanta cum iactantia, hominum, qui revixerint, crepant exempla, quid ita? nonne eo ipso vel inviti testimonium præberent luculentissimum, non adeo esse incongrua, quæ Christiana Religio de futura corporum cum anima coniunctione & reditu in vitam præcipiat? Nonne tuto inde licet colligere, paganos plerosque in ea fuisse persuasione, a ratione non esse alienum, ut aliquis e numero mortalium, vi divina instrutus, mortuos ad vitam excitare, (e) aliaq; miranda efficere possit; immo fieri omnino posse, ut, quod aliis Philosophis plane absurdum est visum, mortuorum corpora ad vitam aliquando sint reversura, etsi confuse hæc omnia & hæsitanter statuerunt, clariori lumine destituti. Si vero ex altera parte fal-

fa

(e)vid.Grot.de V.R.C.Lib.II.§.7.&Kœcher.ad h.l,



sa & conficta ista esse, idque merito, existimamus: neque sic quidem quicquam nostra Religio damni patietur. Præsertim cum pleraque fere omnia eiusmodi exempla iam inde ab antiquissimis temporibus, & quæ CHRISTI resurrectionem multis seculis antecesserant, nota fuere, adeoque non in fraudem vel injuriam CHRISTI ad vitam reverisionis sunt conficta, unicum si forte Apollonii exemplum excipias. Quare cum iis temporibus nullam, quæ momentum aliquod trahat, caussam habuere pagani, cur talia temere comminiscerentur; & nihilo secius, quo minus hoc facerent, sibi non temperarunt: aliud quidem hinc concludere non possum, nisi eo ipso corporum resuscitationem ab illis esse adumbratam, eamque pro re, quæ contingere omnino possit, fuisse existimatam. Quamcunque igitur in partem hæc accipientur, Christianorum doctrina tantum abest, ut hinc detrimentum aliquid capiat, ut ex his ipsis, veluti testimentiis clarissimis, confirmatio & robur insigne ipsi accedat.

Sed faceant tandem fictitia hæc pagorum suscitatorum exempla: extollant ista & iactant, qui divinioris verbi luce destitun-



stituntur. Nobis, qui CHRISTO nomen dedimus, nobis, inquam, graviores & longe digniores suppetunt caussæ, cur nobis cum tota Reipublica Christiana impense gratulemur, nos efferamus atque exultemus. CHRISTUS enim, gloriosissimus ille mortis & peccati victor, CHRISTVS est, qui e morte ad vitam ita vere, ita splendide est reversus, ut ipsius resurrectionis veritatem & gloriam, quæ infinitis modis excellentior & maior est, neque Iudæorum fraudes neque hæreticorum mendaces calumniæ, neque ullus aliis Diaboli eiusque asseclarum dolus potuerit per tot secula imminuere aut labefactare. Tibi, CHRISTE optime, pro tanto beneficio immortales agemus gratias; Tu isto nobis vitam & salutem peperisti; Tu, cum omnium, qui reviviscent, princeps factus es, nostræ etiam aliquando, tua benignitate, futuræ resurrectionis, quæ certissime eveniet, pignus & tesseram quasi nobis tradidisti. Effice igitur, & largire tuam gratiam, ut in hac tua salutis plena è mortuis resuscitatione, tanquam in securo portu quiescamus, & ad illam constanter adhærescamus. Ita enim fiet, ut nostræ resurrectionis memores, vitam nostram pie sancteque transigamus, &

tan-



tandem aliquando fructuum, quos CHRISTI
resurrectio (f) nobis acquisivit compotes red-
damur, iisdemque in æterna secula utamur,
fruamur. DIXI.

VI.

Ad Virum Celeberrimum, & de re omni
literaria egregie meritum,

DN. JO. GOTLIBIVM KRAVSIVM,
Professorem Eloquentiæ in Acad. Lipsiensi
extraordinarium,

DISSERTATIO EPISTOLICA,

*In qua disquiritur, an vita Christoph. Longolii,
quæ Epistolis eius, in editionibus plerisque
prefixa legitur, Regin. Polum
habeat auctorem.*

Blennium fere est, VIR longe celeberrime,
cum, commendatione Viri alicuius,
magni in Republica literaria nominis, cuius-
que eruditioni insigni multum tribuere con-
sueisti ipse, adiutus, Lipsiæ ad TE invisere
ausus sum. Quo tempore ea mihi exhibui-
sti benevolentiæ & humanitatis maximæ
documenta, ut non iteratum modo subinde
ad

(f) Conf. I. A. Fabricii Del. arg. & syll. script. de
V. R. C capp. 43-44. 45. quæ & supra ad notam
(b) p. 46. referenda sunt.



ad TE accessum humanissime indulges, unde non poterat non permagnus ex doctissimis, quibus animum recreabas meum, sermonibus tuis, fructus in me redundare; sed & perpetuam istius favoris tesseram, possideo eruditissimam *Diff. tuam*, qua apparatum sistis *ad vitam Pauli Manutii*, Viri suo tempore doctissimi, uberiorem, quamque, diu ante nequicquam alibi à me quæsitam, perliberaliter a TE, mihi abiturienti, donatam, & manus tuæ notam humanissimam in frontispicio referentem, solicite asservo. Eam adhuc sæpius ad pleniores *Epistolarum Manutii*, intellectum capiendum, utilissime adhibui, non minus, ac per egregias annotationes tuas, quibus tres priores illarum *Epistolarum* libros (ad reliquos enim pari olim ratione usui historiæ literariæ accommodandos, TE ipsum in præfat. adstringere liberaliter voluisti,) ex locupletissima penu tua illustrasti. Huius operæ meæ qualiscunque, ut leve TIBI specimen ex hiberi benevole patiaris, & me absentem quoque, si erravero, meliora docere, sin recte sensero, amplius confirmare digneris, enixe contendeo. Pertinet vero in primis institutum meum ad illam disceptationem, qua dis-

qui-



quiritur: utrum vita Christoph. Longolii descrip-
tio, quæ Epistolarum ejus plerisque editionibus
præmissa est, quamque & alios in collectionibus suis
exhibere, infra ostendam, Reginaldum Polum, con-
tubernalem primum Longolii, in urbe Patavii, post
Cardinalem eloquentissimum, agnoscat auctorem?

§.2. Evidem curiosam magis, quam util-
lem hanc operam meam esse, pronuncia-
rem ipse, nisi locus quidam, in Notis tuis
ad Lib. I. Epist. IV. P. Manutii, p. 1024. edi-
tionis tuae, (quam, donec ad eum, quem
nunc præbet, usum, diriges, magno
sane TIBI labore vigiliisque constitisse,
oportet,) aliud me sperare sineret; ni-
mirum nec TIBI forte, nec aliis ingra-
tum fore, si quis tandem felici exputare
posset successu, cui illa vita, elegantissime
descripta, debeat, idoneasque sententiæ
suæ caussas ac rationes in medium afferret.
Sed præstat, tua ipsius verba legere: In Ita-
liam, inquis, reversus, (de Longolio loqueris,
de quo & doce in præcedentibus paginis
egisti,) Patavium studiorum sedem sibi elegit,
fuitque primum in Steph. Saulii, tum in Regi-
naldi Poli contubernio, donec rebus humanis im-
mature fato eriperetur, III. Id. Sept. Anno
MDXXII. etatis XXXIV. Lege vitam ejus
epi-



epistolis præmissam: quam totam in librum suum transtulit Melchior Adamus, suppresso auctoris nomine. *Vtrum autem* vitæ hæc descriptio eadem sit illi, quam à Card. Polo exaratam esse, auctor est Andr. Duditius in vita eius Cardinalis, de eo nondum convenire inter eruditos video. Hæc Tū ipse, VIR longe doctissime, loco allegato ita scripseras, ut dubitationi locum reliqueris non plane nullum.

§. 3. Enimvero quando ea confidero, quæ ad Lib. I. Epist. III. p. 1001. de Stephano Saulio annotasti, his verbis: *Saulius erat nobilis Genuensis, optimarum artium studiosissimus, teste Regin. Polo Card. in vita Longolii, epistolis ejus præmissa;* in quibus eam vitæ Longolianæ nitidam descriptionem Reg. Polo diserte tribuere non videris magis, quam revera tribuis: non potest non lectoris mens non nihil in diversa trahi. Ego id mihi exinde videor elicere posse, TE loco prius à me adducto, significare forsan voluisse, quid adhuc viri alii eruditi de illius vitæ scriptore senserint, posteriore autem loco, (quem tua tamen editio nonnullis foliis ante exhibet,) quæ tua de illo auctore sententia sit, nominatim indicasse, Poloque eam vindicare haud sane dubitasse. Si minus recte rationes



nes hic subduxero, ignosce, VIR humanissime, & ea, quæ nunc subjungam, haud gravatim, qua es perspicacia, expende.

§. 4 Etenim postquam me ipsum, aliquo tempore ante, quam in locum illum tuum incidisem, ex lecta, aliis plane de caussis, ista vita Longoliana, cupiditas incessisset, sciendi, à quo illius ævi Viro docto, certe eloquentissimo, ista vita profecta esset, eamque in rem, denuo illam attentissime perlegisset, nonnullaque loca, quæ causam prodere mihi posse viderentur, studiosius excusisset, haud paucis annotationibus hoc consilio in chartam coniectis: factum tandem est, ut eidem *Regin. Polo* (ita me veritas amet!) haud vanis permotus rationibus, adscriberem, tametsi dubia mihi quædam supereffent, ab alio, me longe in his versatori, forte alio tempore dissolvida; quam operam à TE, VIR πολυμαθέσι, non abs re nunc expetere mihi posse videor. Et ad *Reginaldum Polum* quidem quod attinet, laudibus eum ornasse scriptores in numeros, TE ipso teste scribo, qui de eodem nonnulla haud contemnenda annotasti. (1)

Tomi I Fas. I.

E

Nu-

(1) In Not. ad L. I. Ep. III. Man. p. 1002. sq. & p. 1031. Vi-
tam



Nuper quoque admodum , brevem vitæ *Poli* descriptionem, adiectis quibusdam scriptoribus, qui de eo consuli mereantur, dedit *VIR* clariss. *Theod. Crusius*, in nova & luculentio commentario à se aucta editione vitæ *Ge. Sabini* , à Petro Albino olim conscriptæ , p. 128. not. (134.) Commemoranda hæc à me erant, quoniam vita *Reginaldi* , prioribus annis Patavii acta , multum huic de vero *Longolii* (2) vitæ, de qua nobis sermo est, auctore, investigationi, lucis affundit. Quæ descriptio cum stilo tersissimo exarata sit, cuius *Tv* , *VIR* doctissime, idoneus iudex

tam Reg. *Poli*, à Lud. Beccatello Italicè conscriptam, & ab *Andrea Dudithio* elegantissime latine versam, & An. 1563. Venetiis, (in quarta forma) impressam, rarissimum olim fuisse libellum, priusquam Londini Anno 1696. 8. (1690. prodiisse dicitur in T. II. p. 652. Sagitt. Intr. ad H. E.) denuo prodierat, his ipsis verbis testatur *VIR* celeb. IAC. BYRCKHARDVS in elegantissima præfat. quam P. I. comment. de Linguæ Lat. in Germ. Fatis , præmisit, in ultima lit. b. pagina , ubi & Polus inter eos Anglos refertur, qui Latinæ Linguæ studio deditissimi fuerunt.

(2) Multa de Longolio docte observavit laudatus BYRCKHARDVS in Commentariis suis de Ling.



dex existis, hoc quoque argumentum ex vita Poli in primis disci potest. In nota subiecta, ex Burckhardo iam probavi, illum inter Anglos, latinæ linguæ studio deditissimos, olim iam fuisse relatum. Atque in hoc mire per Te ipsum confirmor, quando, loco paulo ante citato, aliis doctis viris, qui Polum laudarunt, etiam *P. Manutium* tuum, (tuum enim cur non appellem, quem ipse sic vocas, & cuius vitæ ac meritis, præser-tim in re typographicâ, Epistolisque illu-strandis, operam tam præclararam navasti) iure a Te adscriptum deprehendo, quem prolixè de Polo agere dicis in præfatione ad librum eius de concilio. Hanc cum inter reliquas Præfationes Manutianas, Epistolis eiusdem subiectas. p. 900. seqq. exhibeas ipse, (legitur vero etiam in aliis Man. Epp. editioni-

E 2 bus,

Ling. Lat. in Germ. fatis, passim, vid. indi-cem II. voce Longolius, adde præfat. P. I. lit. b. 6. ubi notat, vitam eius Epistolis præf. in-veniri quoque in Adami vitis Philos. p. 45. seqq conf. Elogium Longolii in Sammarthani Elogiis Gallorum, Lib. I. Cap. III. editionis VIRI celeb. C. A. HEVMANNI, cuius annotatio-nes, illi subiectæ, nonnullis quoque illu-stran-dis admodum inserviunt.



bus;)eo magis, pro huius loci indicio, TIBI
me reddidisti obstrictum, quo præstantius
est testimonium, quod inde in rem meam
licet derivare. Ibi vero Manutius, inter
alias Poli laudes, p. 908. hanc quoque nu-
merat; quod eloquentiæ & philosophiæ pa-
ri studio flagraverit. Sed quidni ipsa Manu-
tii verba afferam? Patavii, inquit, diu vi-
xerit, quamquam erat habitu naturæ prope divi-
no, liberalibus tamen disciplinis vehementer de-
ditus: &, cum eloquentiæ, atque philosophiæ
pari studio flagraverit, in utra tamen magis
enituerit, non facile est, existimare. “ Illud
“ certe constat, qui vel meliora, vel ornatoria
“ scriberet, hac hominum memoria extitisse ne-
“ minem. „ & reliqua.

§. 5. Huic testimonio liceat aliud subiunge-
re, quod itidem ab Italo homine doctissimo,
est profectum. Barth. Riccium dico, qui Lib.
II. de Imitatione (3) p. m. 432. Redeo, inquit, ad eos,
qui

(3) Vtor editione huius Ricciani libri, quæ in
fronte, Epistolarum Christ. Longolii libros IV.
& unum Epistolarum librum ad eundem scri-
ptarum, præmissa hac ipsa, de qua agere in-
stitui, vita Longolii, complectitur; vel po-
tius Epistolis Longolii adiecta est, cum præf.
Io.



qui nobiscum adhuc feliciter agunt, quorum ope & studio eloquendi ratio, & facultas maxime viget ac floret. Ex quorum numero ii mihi occurunt, quos summe probem tres, qui cumulate scribendo quotidie de eloquentia optime merentur, Jacobus Sadoletus, Petrus Bembus, Pola (Polum nostrum intelligit, nisi erratum est typographi,) Britanus, Cardinales. Hæc ille. Sed tempore mihi ab aliis, quæ haud pauca in promptu habeo, virorum doctissimorum de Poli eloquentia, cumulandis, elogiis, cum ipse sibi in scriptis suis locupletissimus testis existat; neque Tū, Fautor honoratissime, hac de re unquam dubitasse videaris.

§. 6. Quod hactenus attuli, VIR præstantissime, argumentum, in minimo verisi-

E 3 mili-

Io. Mich. Bruti, ex qua disco, Bruti consilio alii iam, in typographia Gryphiana excusæ Longolii Epistolarum editioni, hos ipsos Ricci de Imit. libros tres, accessisse, quos Riccius ad Alfonsum Atestium Principem, (quem suum in literis alumnum vocat) Herculis II. Ferrariensium Principis filium, ut inscriptio refert, exaravit. Ad illam vero Lugdunensem Gryphii editionem, quæ quo anno prodierit, dicere non habeo, cuique I. M. Bruti præfatio, Lugduni scripta, sed anni indicio carens, præfixa esse videtur, meam, quam citavi, recusam fuisse sulpicor:



militudinis gradu subsistere, ipse agnoscō: neque enim aliud probat, quam genus dicendi, quo hæc vita exarata est, ab eo, quo Polus usus fuit pereleganti, non alienum esse; adeoque in eorum classe locum tueri potest, quæ à similitudine stili ducuntur. Atvero nec ipse multum tribuerem huic coniecturæ, nisi aliis rationibus, haud paulo firmioribus, deprehendissem sufful- tam. Quas ut altius deducam, tuaque subiiciam accuratissimæ censuræ, opus esse video. Commodissime autem ad tres reducuntur classes, tribusq; adeo quasi partibus constant. Prima docebo, ipsum Longolium, ultimo vitæ tempore, Polum ad scribendam vitæ suæ histriam, precibus suis solicitasse. Altera sum probaturus, Reginaldum nostrum, huic contuberna-

li

prodit autem Basileæ per Eusebium Episco-
pium & Nic. Fr. hæredes, M. D. LXXX. 8.
pagg. 542. Ceterum memoriæ succurrit hoc
ipso tempore, TE ipsum, VIR humanissime,
ante hos ipsos duos annos, in tabulis tuis
peregregiis, quibus res, in orbe eruditio
gestas, exponis, ad An. 1725. n. III. p. 27. seq.
viros doctos de celeb. Viri, Hier. Baruffaldi,
confilio, certiores reddidisse, quod cepit de
operibus Barth. Ricci, tribus Partibus con-
iunctim edendis, & præmissa eius vita, an-

li & amico olim suo, ac studiorum communium socio, id genus officii omnino præstitisse. Denique tertia parte luculenter evincam, & antiquissimam esse vitam illam, & à Polo in florissima adhuc ætate constituto, primo quoque post obitum Longolii tempore, fuisse conscriptam. Quibus nonnullas Longolii Epistolarum editiones immiscebo, quæ dicta vita descriptione sunt ornatae, & in quibus vitarum collectionibus ea insuper appareat, forte nullius ingratius, ostendam.

§. 7. Ac initio quidem demonstraturus, ipsum Longolium petuisse à Polo vita sue memoriam, omnium produco efficacissimum ipsius Longolii testimonium, qui in literis (4) ad Raynaldum Polum (ita enim se habet inscri-

E 4 ptio

notationibus suis, quod utique optandum est, illustrandis. Cui instituto ansam dedisse crèbram laudati de Imitatione operis, typorum opera repetitionem adhuc factam, ibidem lego. Quod propositum anne intra conatum adhuc subsistat, an vero per hoc biennium effectui datum sit, nondum, ni fallor, per TE edoctos nos esse puto. Interim legisse neminem pœnitibit, quæ Tv ipse de B. Riccio doctè annotasti in not. ad L. II. Ep. V. P. Manut. p. 1072. seqq.

(4) Ultimæ sunt in Libro IV. Epp. Longolii, forte & ultimæ, quas scripsit, cum paulo post mortem obiisset.



ptio earum) Patavii , VIII. Cal. Sept. exaratis , de s̄evissima , quæ ipsum corripuis-
set, febri conquestus ; peto , inquit , per
amicitiam nostram , quam ad summum perve-
nisse existimo , ut mortuo mihi memoriam
benevolentiamque , quam necessitudo nostra po-
stulat , humaniter ac pie præstes . Hanc epi-
stolam proxime præcedit alia , ab eodem ad
eundem , ex urbe Patavio , ad XI. Cal.
Septembr. quatriduo sic ante illas literas ,
quarum modo excerpta dedi , scripta.
In hac nihil adhuc de morbo suo refert ;
sed cum Polo , Contubernale suo , qui
forte tum in viciniam excurrerat , denuo
de itineris , ad Paccæum , amicum suum , sus-
cipiendi , consilio , agit , cum iam paulo ante
eidem , dum adhuc Patavii apud illum præ-
fens erat , id propositum aperuisset , additis
nonnullis negotiis à Polo exequendis , si quid
forte periculi in illo , quod meditaretur , itine-
re , sibi obtigisset . Postridie , post modo di-
Etam Epistolam ad Polum XI. cal. Sept. exar-
ratam , in fatalem morbum incidit , quem Po-
lo suo adhuc absenti , VIII. Cal. Sept. signi-
ficat ; “Postridie , inquit , quam ad te scripsi ,
“(innuit literas XI. Cal. Sept. scriptas) s̄evissi-
“ma me febris arripuit , quæ ita me hoc tri-
duum

duum torsit, ut nihil unquam acerbius in vita sim perpesius, scilicet quasi divinarem ita futurum, volui quemadmodum tibi proficiscenti ostenderam, ut bibliotheca mea omnis tibi obveniret, si quid mihi in ea, quam adornabam peregrinatione accidisset, & reliqua; petit deinde, ut mortuo sibi memoriam, benevolentiamque præstet, quem locum paulo supra ex his literis, quæ ultimæ sunt inter Epist. Long. adduxi. Quo morbo paulo post, III. Id. Sept. M. D. XXII. ætat. anno XXXIV. extinctus est. Evidem utrique excerptarum à me epistolarum annus deest, sed A. 1522. ipsi emortuali, scriptas esse, ne dubitari quidem debet, si ea, quæ in fine vitæ Longolii, de cuius vero auctore disceptatur, & quem Polum esse, demonstrare audeo, leguntur, paullo attentius quis consideret. Neque vero hæc ipsa cuiquam ita, ac Polo, cognita erant, etiamsi dubium illud: Fertur disputasse de periculis &c. ibi occurrat: modestiam enim Poli hinc elucidere, mox ostendam. vid. vitam Longolii Epistolis ejus præf. sub fin. & apud. Melch. Adami p. 26. b. edit. in fol. conf. collectionem Batesianam, p. CCXLIX. ubi & illa ipsa vita reperitur. Non possum tamen, quin ultima fere verba,



verba , ex ista transcribam : Polum tamen ,
 (inquit auctor vitæ , Polus ipse ,) per literas
 statim , quo statu esset , certiorem fecit , nihil de
 testamento mutans ; hoc tamen rogans , ut quem-
 admodum coram recepisset , curam & quasi di-
 " spensationem rerum suarum acciperet , mor-
 " tuoque memoriam pie & inviolate præstaret .
 Quo nuncio tristissimo ille percussus , quod eum
 unice amaret , subito occurrit , multaque cum in-
 spem vitæ diceret , eadem etiam medici police-
 rentur , nunquam ab eo deduci potuit , quin ea
 febris finem sibi vitæ esset allatura , id quod
 paucos post dies evenit .

§.8. Satis , credo , probavi , Longolium ,
 dum à Polo petiit , ut mortuo sibi memoriam
 benevolentiamque præstaret , præter alia ,
 haud subobscurè vitæ etiam suæ illi comen-
 dasse descriptionem . Oportet nunc argu-
 menta me afferre quod & supra facturum
 me promisi , quibus , Polum his suavissimi
Contubernialis sui precibus locum , conscripta ,
 mox post obitum Longolii , vita ipsius , omnino
 dedisse , ostendi queat . Atque hic quidem
 utique Andr. Duditum (5) sequor , quem Re-
 gin.

(5) De Duditio in Epistolis P. Manutii non nulla
 haud spernenda , occurrunt , quæ à TE VIR
 celeb.

gin Polo vitæ Longolianæ descriptionem, in vita eius Cardinalis, ab illo latinè edita, tribuere, ex tuo ipsius testimonio, supra §. 2. adducto, patet. Conferitamen velim, quæ ad §. 3. in nota (1) annotavi. Produco alium testem, eumque Duditii temporum æqualem, Jo. Mich. Brutum, qui in ante laudata, scil. §. 3. not. (3) præfat sua, Longolii Epistolis, Riccii de imitatione libris, ex consilio Bruti, auctis, præmissa; florentem ait, *illum (de Longolio loquitur,) eloquentiæ laude admirati sunt clarissimi homines nostra ætate,* Petrus Bembus, Jac. Sadoletus, Reginaldus Polus, atque is quidem, qui cum eo vixit familiarissime, & eius vitam scripsit in primis luculent-

celeb. in indicem rerum & person. voce Duditius, video coniecta, in præstantissima editione tua. De eodem A. Duditio, Episcopo Quinqueecclesiensi, doctissima extat observatio, in Observ. Sel. Hal. Lat. ling. edit. Tom. V. num. XI. cuius contenta in indice illius Tomi sub lemmate Duditius, succincte exhibentur. In ea de vita quoque Reg. Poli, à Duditio latinissime versa, agitur. Celeb. Dn. D. BUDDEUM illius obs. auctorem esse, hariolatus primo ipse sum, quam coniectaram me non fefeller, ex Zeumeri vitis Prof. Jen. p. 282. lætus postea didici.



lenter. „ Qui Polo, in primis luculentam
vitæ Longolii descriptionem, disertis his
verbis, adscribit. Videtur mihi tamen
Brutus Duditii fide id scripsisse. Ipsum ve-
ro Brutum inter restes illos qui summam in
Duditio fuisse eruditionem, & eloquentiæ
vim admirabilem, contendunt, referri vi-
deo à Ven. D. Buddeo in Observ. laudata de
Duditio, inserta T. V. obs. Hal. Lat. n. XI.
ubi vid. §. XXX. p. 377. Tertius, qui id
comprobat, est *Miræus*, qui à Cardinale
Polo Longolii vitam accuratissime descri-
ptam esse, cap. 29. de Script. Sæc. XVI. refert,
quem locum cl. Heumanno debemus, in no-
ta quadam ad Sammarth. Elog. L. I. cap. III.
quod Longolio dicatum est, hoc Miræi testi-
monium exhibenti. vid. p. 12. editionis Elog.
Sammarthani Heumannianæ.

§. 9. Sed satis est testimoniū, qui luculenter do-
cent, aliquam vitæ doctissimi illius Itali
enarrationem à Reg. Polo esse confectam.
Supereft, ut argumentis quibusdam, si non
omni exceptione maioribus, iis tamen,
quæ ad magnum, ni prorsus fallor, verifi-
militudinis gradum adscendunt, adeo-
que coniecturæ valorem haud paullo super-
are videntur, demonstrare nitar, eam Lon-
golii

golii vitam, quæ Epistolis eius premissa legitur, & in nonnullis aliarum vitarum collectionibus extat, illam ipsam esse, quæ à Regin. Polo profecta dicitur. Hic mihi utique optem tuum probandi & dicendi acumen, VIR ornatisime; sentio enim, apud TE cum caussam meam perorare audeo, non nisi ea in medium oportere proferri, quæ exquisitissimum examen tuum sustinere valeant. Enimvero in his etiam voluisse interdum satis est; neque dubito, TE, si vel cogitare parumper hoc de arguento digneris, toti rei uberrimam lucem affusurum esse; quod ut, commodo tuo, aliquando facere haud graveris, est, quod magnopere abs TE peto. Sed quid mihi nunc incumbat officii, memor, pauca adhuc quædam, ad stabiendam meam sententiam, (quam & tuam suo modo dicere possum) pace tua TIBI expendenda proponam.

§. 10. Longolium, de fama sua & memoria, (6) post fata sua, conservanda, solicitum,
Polo

(6) vid. vitam Longolii, Epistolis eius additam in fine; conf. p. CCXLIX. collectionis vitarum Batesianæ, & p. 26. b. Melch. Adami, edit. in fol. ubi legitur Longolius Polum rogasse, ut, si quid

Polo id negotii dedisse, primo loco exposui.
Huius voti, primo quoque, postquam ex
vita hac migravit, tempore, videtur mihi
à Reginaldo suò, in cuius contubernio obiit,
fructum tulisse, adornata à Polo elegantis-
sima, etsi duodecim folia, formæ octoperti-
tæ, non excedente, vitæ hujus amici sui
charissimi, descriptione. Quam ideo eum
arbitror breviorem dedisse, quod non ma-
gnum admodum temporis intervallum in-
ter mortem Longolii, & eius vitæ, rerum
que ab illo gestarum, spargendam inter ho-
mines notitiam, voluisse intercedere, bre-
vitatem interim stili nitore, cui in Longolii
consortio eandem dedit operam, ac rerum
memorabilium vividæ, & quasi præsenti
enarratione, compensaturus. Lucem vide-
rat Polus ipso ineunte Sæc. XVI. Anno scil.
M.D. id quod Tv ipse doces in notis ad Epist.
P. Manut. L. I. Ep. III. p. 1003. Longolium
A. M.D.XXII. III. Id. Sept. diem suum obiis-
se, ibidem p. 1024. testaris, atque id supra
quoque ostensum esse memini, quo tempore
Polus

quid ipsi in itinere, quod moliebatur, adversi
accidisset, famam suam & memoriam cha-
ram haberet.

Polus ætatis annum vigesimum secundum egit. Eodem vel in sequenti illum A. 1523. vitam Longolii exaratam esse à Polo, eloquentissimo tum iuvene, inde conficio, quod illa iam præfixa legitur Orationibus & Epistolis Christ. Longolii, 1524. Florentiæ editis; ita sane interpretor verba Bernh. Juntæ, mox exhibenda. Nimirum, biennio post mortem Longolii, dicta in urbe nonnulla ingenii eius monumenta, quibus eloquentiæ laudem tum maxime reportaverat, simul prodierunt. Quæ editio cum mihi ad manus non sit, titulum saltem eius, ex celeb. Mich. Maittaire Annal. typogr. P. II. p. 651. hic sisto:

*Christophori Longolii Orationes & Epistolæ; &
liber unus epist. Bemb. & Sadolet. per here-
des Phil. Juntæ, 4to Florentiæ, 1524.*

§. 11. Philippum Juntam, cum Bernhardo Junta, Florentiæ typographicam in Græcis & Latinis magna cum laude excoluisse, Philippum autem anno circiter 1518. vita functum esse, idem docet cel. Maittaire, l. c. p. 137. & TIBI, VIRO de re typographica illustranda dudum benemeritissimo, (cuius præstantissimæ tuæ diligentia, & maximi laboris, fructum, utinam orbi eruditio mox plene

plene gustandum, impetriri queas!) vel
cumprimis notum est. Bernhardum vero
Juntam præfationem illi Florentinæ editioni
præfixisse, ex alia Parisiensi 1533. excusa,
quæ illam præfationem in fronte exhibet,
tutò licet colligere. De ipsa hac Parisiensi
mox pluribus agam; iam sufficit mihi, ex
ipsa Præfat. Bernh. Juntæ, Florentinæ edi-
tioni, ni prorsus fallor, præmissa, sed an-
ni nota (quem tamen 1524. esse, supra o-
stendi) carente, hæc, omnino huc perti-
nentia, verba, excerpere; Atque, inquit, hæc
eo a me dicta sunt, lector studiose, ne diutius ex-
pectationem tuam teneam, cui in omnibus quam-
primum satisfacere cupio: ut, quoniam Christo-
phori Longolii vitæ commentariolum, ab ami-
cissimo quodam eius, qui cum eo familiariter vi-
xit, conscriptum, & a me cum diligentia con-
quisitum, operi eius, quod a me editur, pro-
ponendum curarim: intelligas, id a me ea ra-
tione factum, ut te, quisquis es tam egregii
operis admirator, pleniori obsequio demererer,
tuoque desiderio in omnibus occurrerem. Haec-
nus Junta. Consulto locum hunc, etsi
paulo prolixiores, dedi integrum, utpote
nobisquam maxime faventem. Scilicet ex
eo demonstrare licet, vitam hanc & anti-
quita-

quitatis notam habere, & mox post supra
Longolii fata esse conscriptam. Vtrum
edita iam ante fuerit, quam Junta 1524.
Orationibus & Epistolis Longolii eam ad-
deret; an manuscripta illa potitus sit, &
primus omnium, illius publicatione, vitæ
Longolianæ studiosos sibi devinxerit, ex
verbis eius ita clare non liquet. Si prius in
hanc cogitationem incidisse, supra iam
merito suo laudatum *Jac. Burckhardum*, (cu-
ius Viri doctissimi iuxta atque huma-
nissimi favorem, alioqui iam Hildburghu-
sæ sum expertus, mox post tristissimum il-
lud, ante duos prope annos, M. Jul. 1725.
(7) in hac urbe exortum, & ipsi fere Ill.
Gymnasio, ædibusque Burckhardianis, ni
Devs clementissime ignis vim repressisset,
fatale incendium,) *Jacobum*, inquam, *Burck-
hardum*, Virum clarissimum, per literas de
illius Florentinæ Editionis notitia uberiori
modeste rogassem. Illi namque, dum ter-
tiam partem commentarii sui insignis de

Tomi I. Fasç. I.

F

vita

(7) vid. Viri Experientissimi clarissimique Dn.
D. HEIMREICHII, Fil. fautoris mei honoratis-
simi, Coburg. Zeitungs-Extract, ad An. 1725.
p. 155.



vita ac meritis *Ulrichi de Hutten*, & animi & ingenii viribus illustris maxime Equitis Franci, ante hos quatuor fere annos in lucem ederet, & p. 126. seqq. Huttenum contra turpissimas quasdam Christ. Longolii columnias, recte vindicaret, dictam saepe operum quorundam Longolii editionem Florentiae impressam, & hodie perraram, ad manus fuisse, ex loco allegato manifestum est. Ab eodem itaque discere licebit, numne laudata saepius vita Longolii, de qua & ipsum in praef. P.I. comm. de Ling. Lat. in Germ. fastis, lit. b. 6. agere, supra docui eadem sit cum ista, quam *Bernh. Junta* dictae Florent. editioni, in sua praefat. paulo ante adducta, praeponuisse se, scribit. Sed vero eandem esse, forte non ita difficulter ex iis apparebit, quæ statim hactenus prolatis subiiciam.

§. 12. Aliam nempe produco orationum & Epistolarum Longolii editionem, biennio post Florentinam, & quadriennio à morte huius Itali doctissimi, Parisiis excusam. Quam etsi nec ipse inspexerim, habeo tamen, qui eam sine dubio manibus, ut priorem illam, trivit, eundem doctissimum Maittaire, qui eius P. II. p. 678. Annal. Typogr. hunc exhibet titulum :

Chri-



*Christophori Longolii orationes & Epistole;
accusatione, typis & impensis Iodoci Badii
Ascensii, Parisiis 1526. ad Id. Jun. 8v.*

Hanc eam referre, quam Florentia nobis dedit, ostendam, si non ex modo produeta, & 1526. impressa, (quam qui evolverit, post celebrem hunc Annal. typogr. conditorem, neminem scio alium,) ex alia tamen eodem pretio aestimanda, & in officina eadem, procusa editione. Ecce tit.

Christophori Longolii orationes duæ pro defensione sua ab lesæ Maiestatis criminè, longe exactiori, quam ante, iudicio perscriptæ, atque ex ipsius authoris sententia in lucem editæ. Oratio una ad Luterianos. Eiusdem Epistolarum libri Quatuor. Epistolarum Bembi & Sadoleti liber unus, quibus omnibus præponetur ipsius Longolii vita perdocte atque eleganter ab ipsius amicissimo quodam exarata. Accusatione, typis Iodoci Badii Ascensii, & impensis eius, & Joannis Roigny, in inclyta Parrhisorum Academia. 1533. 8v.

(8) Hanc edit. quæ constat f. 316. quamq; possi-
F 2 deo,

(8) In fine libri eadem fere lego, hoc modo : In
typo-



deo, à Maittaire ad illum annum non reperi adductam, qui tamen P. II. p. 66. sqq. de Badio, eiusque officina fuse & docte agit, atque p. 81. subscriptiones, quibus uti solebat Ascensius, quæque prorsus cum nostra conspirant, fideliter exhibit. In aversa tituli pagina reperitur epistola *Christoph. Picarti* ad Io. Picartum, patruellem suum, in amplissima Curia Patronum, cuius hoc est principium: *Exemplar monumentorum Christophori Longolii, abs TE mihi, quo typis Ascensionis excuderetur, commissum, & legi libenter, & deosculatus sum arctissime, &c.* In fine eius hæc legitur subscriptio. *Ex ædibus paternis in inclyta Parrhisorum Lutetia, ad eius Junias, 1526.* Hanc excipit alia Epistola velut dedicatoria, *Jacobi Tusani* (9) ad Arnulphum Ruzæum, supremæ apud Parisios curiæ Senatorem; in qua *Tusanus*, inter alia; *neque certe parum, inquit, me debere profiteor Jo. Picarto --- quum aliis sexcentis, tum eo maxime nomine, quod iustum orationum & epi-*

typographia Jodoci Badii Ascensii, impensis eius & Ioannis Roigny, in Parisiorum Academia, Mense Octobri, M. D. XXXIII.

(9) *Tusani Elogium* lege apud Sammarthanum, in *Elog. Gall. L. I. Cap. X.* edit. Heum.



epistolarum Longolii ipsius (scripsit vero Tusanus iam paulo ante nonnulla de Ch. Longolio,) volumen prius Christophoro Picarto iuveni elegantissimo, mihi vero mox velut per manus vulgandum tradidit. Exaravit eam Tusanus Lutetiæ, ex ædibus Ascensianis (10) pridie Idus Iunias, 1526.

§. 13. Ex haec tenus prolatis, satis, opinor, colligi potest, hanc editionem, in qua describenda adhuc occupatus sum, plane illam referre, quæ in eadem Vrbe amplissima, eademque ex typographia An. 1526. prodiit, cum & præfationes, illo anno exaratæ, in mea adhuc legantur, quæ ipsæ in

F 3 illis

(10) Jacobum Tusanum ei (Iod. Badium Ascensium intelligit) nonnunquam in libris corrigendis adfuisse, videtur mihi verisimile, ait Cel. Maittaire in Ann. Typ. P. II. p. 78. qui in adiecta nota addit, Tusanum aliam epistolam, suis annotationibus in G. Budæi Epistolas præfixam, Lutetiæ in ædibus Ascensianis, prid. Id. Febr. ejusd. anni 1526. exarasse, cuius epistolæ, & ipsorum Tusani in G. Budæi Epistolas Annotatorum Paris, 1526. 4to. editorum, idem Maittaire l. c. p. 678. denuo meminit, cui libro cum proxime præmiserit illam Longolii Orat. & Epist. editionem, quam supra



illis locis, quæ paulo ante excerpti, id etiam luculenter evincere videntur, priorem Parisiensem, anno vigesimo sexto luci expositam, ad Florentinum exemplum esse excusam, meamque de An. 1533. quia cum priore Ascensiana, ni me omnia fallunt, eadem est, Florentinæ hinc exacte respondere. Quid? quod & inde omnem forte dubitationem TIBI tollere me posse, confido, VIR acutissime, si, quod in anteced. § 11.p 80. iam dictum memini, ipsam Bernb. Junta ad lectorem præfationem, in qua commentarioli buius vitæ Christ. Longolii ab amicissimo quodam eius, qui cum eo familiariter vixit, conscripti, expressam mentionem facit, in ipsa hac mea
Pari-

supra Parisiis. ex eadem Badii Officina, 1526.
8. ad idus Junias, prodiisse, hoc ipsum secutus testimonium, affirmavi; non solum inde patet, hanc ipsam Longolii monimentorum quorundam editionem Ascensianam 1533. excusam, plane eandem esse illi, quæ 1526. apud eundem Badium prodiit; sed & optandum esset, ut Cel. Maittaire hanc Tusani epistolam, eodem anno vigesimo sexto scriptam, edit. Long. Orat. & Epist. 1526. præfixam esse, vel brevissimis p. 678. indicasset; imo ipse eam, ad confirmandam suam opinio-



Parisiensi editione, statim post laudatam
Tusani præfationem reperiri, adhuc con-
firmo.

§. 14. Quæ cuncta, coniunctim sumta,
argumenta id probant, a) vitam hanc anti-
quissimam esse; exhibet enim eam editio Long.
orat. & Epist. Florentiæ 1524. excusa; repe-
ritur in Parisiensi, 1526. ad modo laudatam,
sine ullo dubio expressa; extat & in altera
Parisiensi, de A. 1533. priori, ut prorsus existi-
mo, per omnia simili; ex quibus deinde aliis
Epistolarum Longolii editionibus, quarum

F 4

non-

nionem, quod Tusanus in officina Ascensiana,
corrigendis libris operam dederit, p. 78. po-
tuisset adducere; quam tamen sic satis ita
ibidem videtur approbasse, ut Tusano in po-
sterum locum forte datus sit celeb. Acad.
Altorf. Theologus, summe Rev. Dn. D. G. G.
ZELTNERVS, Præceptor & Patronus meus æta-
tem venerandus, atque nunc quoque mihi
faventissimus, in altera Centuria postuma
Correctorum typographicorum, eorundem-
que eruditorum, quam à b. fratre suo Io.
CONR. ZELTNERO, Pastore Altenthal. &
Ecclesiæ Altorf. Vicario meritissimo, qui
primam eorum Centuriam Norimb. 1716.
edidit, collectam, sed nondum in ordinem
reda-



nonnullas deinceps recensabo, est præfixa.
Porro, (β) hanc vitæ descriptionem ab amicissimo quodam Longolii, qui cum eo familiariter vixit, esse conscriptam, inde quoque cognoscitur, ipso Bernh. Junta luculentissimo eius rei teste. Esse vero hanc vitam, dictis modo in editionibus reperiundam, non aliam ab illa, de qua in hac dissertatione adhuc verbosè satis disputavi, ipsa me collatio docuit, quando eam, quam in mea editione Paris. a. 1533. publicata, lego, quamque Bernh. Junctæ saepe dicta præfatio proxime antecedit, cum ista

redactam, aut elaboratam, ad limam revocabit, & suo tempore luci reddet; qui & de typographiis privatis illustrandis & describendis egregie tum merebitur, de quibus laudatus frater ipsius diatriben quandam, magnam iam partem confecit, sed immaturo eius intercedente obitu, perficere haud potuit; quam vero collectionem fraterna Theologi præstantissimi manus, succisivis quidem horis, sed felicissima industria (cuius rei ipse αὐτόπτης & fidelis testis sum) sic deinceps auxit & locupletavit, ut, modo ad illam expoliendam, tempus ipsi suffpetat, corporisque vires, (quæ cheu! debiles satis nuper, & fractæ fuerunt, nunc vero, divina ope, quod ipse



ista, quæ in Melch. Adami vitis Philos. p. 21. seqq. occurrit, eandem esse ἐξ ἀυτοψία perspicio. Meretur autem illa utique, vel in Adami collectione, evolvi, unde disce- re licet, quod in ea vita multa haud con- temnenda occurrunt, quorum summa hæc est. 1. Macliniæ laus. 2. Educatio. 3. Ingenium Longolii. 4. Annotata Longolii in Plinium. 5. Memoria Longolii. 6. Longolius Philosophiæ de- ditus. 7. Longolius ad Jus civile se confert. 8. Preceptor Longoli Decius. 9. Plinii lectione Lon- golius delectatur. 10. Græcæ linguae studet. 11. In Narbonensem provinciam proficiscitur, & cur?

F 5

12.

ipse VIR vener. per literas d. 6. Febr. h. a. ad me humanissime scriptas, significavit, paulum restitutæ sunt,) corporisque, inquam, vires respondeant, in rei typographicæ studium in- signia hinc incrementa redundatura sint. Conf. quoque VIRI clar. Io. GE. SCHELHORNII p. 434.

Tomi II. Amœnitatum literariarum, vere a- mœnarum, quod elogium nuper admodum iis ex merito tribuit par virorum præstantissimorum, Io. HENR. à SEELEN, in elegantissi- mis Selectis Literariis, n. II. p. 74. coll. p. 551. & EBERH. DAV. HAUBERVS, in nuperrime ver- nacula lingua edito, ut vocat, Discursu de hodierno statu Geographiæ, præsertim in Ger-



12. Herbarum historia Longolii. 13. Longolius
Geographiae amans. 14. Peregrinatio peri-
culosa. 15. Antistes Sedunensis Longolium è car-
cere liberat. 16. Longolius oratoria deditus. 17.
Consuetudo declamandi. 18. Genus dicendi Lon-
golii, quod ipse mutavit, suasu Bembi. 19. Scri-
pta Longolii primæ etatis. 20. Petrus Bembus.
21. Cicero ex oratoribus solus imitandus. 22.
Scripta Longolii. 23. Orationes in Luterianos.
24. Theologia studium. 25. Longolii temperan-
tia. 26. Victus eiusdem. 27. Corporis exercitia.
28. Longolius militavit. 29. Longolius quo in
honore habitus 30. à Rege Hispanie. 31. à Pan-
nonie

Germania, p. 136. Ad ipsum vero I. C.
Zeltneri librum, quod attinet, in quo cor-
rectorum, in typographiis, eruditorum cen-
turiam dedit, mire eum laudatum videas in
Annal. typogr. Maitairianis, T. I. p. 288. &
T. II. p. 589. in quibus etiam locis illam de
correctoribus eruditis centuriam multis acce-
sionibus auxit, quibus summe Rev. Zeltne-
rum alias forte superadditum speramus.
vid. p. 15. vitæ Io. Conr. Zeltneri, per Frid.
Rothscholzium, Siles. Bibliopolam Norim-
bergensem & Altorfimum præstantissimum,
& de promovenda re literaria egregie meri-
tum, descriptæ, in qua enarranda ductum
pro-



nōniæ Principibus. 32. à Ludovico Gallorum Rege.
33. Consilium centumvirale Parisiis. 34. Civita-
tis Romanae ius Longolio indultum. 35. Longo-
lius Romæ accusatus. 36. Exitus eius accusationis.
37. Galli Longolium retinere conantur. 38. Ita-
lie genius. 39. Britanniam adit Longolius. 40.
Longolius in Italiam reddit. 41. Stipendium Lon-
golio à Florentinis oblatum. 42. Rainoldus Polus,
amicus Longolii. 43. Longolii humanitas. 44.
Longolii fortitudo. 45. Philippi Regis Hisp. mors
1506. d. 25. Sept. 46. Leonis X. P. P. mors 1521.
Cal Dec. 47. Forum Julium. 48. Longolii cum
Polo colloquium. 49. Longolius febre corripitur
& moritur. 50. Adoptatur ante mortem in fa-
miliam

programmatis funebris Altiorfini, cuius scri-
ptor fuerit Excellentiss. Dn. SCHWARTZIUS
P. P. celeberrimus, maximam partem secu-
tum se esse, ipse Rothschildius p. 16. gratus
profitetur. Præfixa vero illa est, cum effi-
gie b. Zeltneri, huiusdem de correct. erud.
Centuriæ, quæ nunc prostat sub novo titu-
lo, Theatri Virorum Eruditorum, qui spe-
ciatim typographiis laudabilem operam præ-
stiterunt. Norimbergæ sumptibus & typis
Ad. Jon. Felseckeri 1720. 8v,



miliam Francisci. (11) Hæc omnia tanta cum dictionis elegantia, miræ simul brevitatì inclusa, recensentur, ut non sine summa voluptate legantur.

§. 15. Sed antequam ad cetera progrediar, reliquas Epist. Longolii editiones enumerabo, quæ mihi quidem innotuerunt, ex quibus illas præmittere lubet, quas ipse possideo, & de quarum fide, tanquam testi oculato scribere licet; alias, quas allegatas deprehendi, iisdem subjuncturus. Ex priorum genere, quæ singulæ vitam quoque Longolii habent præfixam, penes me sunt sequentes, quarum prima, eodem anno 1533. quo Parisiensis altera, (quam & ipsam ad manus mihi esse, & præter Epistolârum libros, orationes etiam Longolii vitamque eius complecti, supra fusa ostendi,) Basileæ lucem adspexit, hocque gaudet titulo :

Habes lector Christophori Longolii Epistolarum libros quatuor. Tullianæ scilicet Eloquentiae

(11) vid. quæ de hac Longolii superstitione, quam ex angore & mortis metu ortam esse putat, docte annotavit cel. Heumannus in nota ad §. 8. cap. III. Lib. I. Sammarth. Elog. Gall. nominatim in Elog. Longolii.



tie ad unguem expressam imaginem- Item Pet.
Bembi, Iac. Sadoleti, Guil. Budæi, D. Eras. Epi-
stolarum ad eundem Longolium librum unum.
Adhæc eiusdem vitam, per quendam ipsius stu-
diosissimum conscriptam. Omnia in usum simul
ac gratiam studiosorum non castigatius modo,
sed & locupletius, quam ante hac excusa. Ba-
sileæ mense Sept. Anno M. D. XXXIII. 8. (12)

Paginis absolvitur 349. sed orationi-
bus Long. destituta est, et si Epistolis non-
nullæ accesserunt, quas in Parisiensi editio-
ne non invenio. Præter Germani Brixii in
obitum Christ. Long. breve carmen, duoque
alia eiusd. generis, nulla hic apparet cuius-
quam præfatio, sed epistolas ipsas proxime
præcedit toties nobis hactenus laudibus or-
nata vita Chr. Longolii.

§. 16. Aliam produco editionem, quæ in
fronte sic inscribitur:

*Christophori Longolii Epistolarum Libri IV.
Tullianæ videlicet eloquentiæ ad unguem expres-
sa*

(12) In fine hæc occurrunt: Basileæ, apud Io. Val-
derum, mense Sept. Anno M.D. XXXIII. Eo-
dem ergo quidem anno, quo altera Parisiensis,
sed unico mense ante, preli carceribus libera-
ta est, ex quibus illa demum mense Octobri
cius anni prodiit.

sa imago. Doctorum item aliquot Epistolarum ad eundem Longolium, Liber I. Quibus eiusdem vita, per quendam ipsius studioſſimum conscripta, est præmissa. Basileæ, M. D. LVIII. 8v. (13)

Et in hac editione orationes sunt omissæ. Christ. Longolii vita libro dat initium, quam proxime excipit eiusdem Elogium, Paulo Jovio (14) scriptore. Sequuntur deinde Epitaphia eius & aliqua variorum in ipsius obitum carmina.

§. 17. Huic subiungo duas adhuc alias editiones Epist. Long. ex iis, quas ipse sati novi, quæque vitam nostram in fronte ostendunt. Vtraque itidem prodiit ex officina Episcopiana. Alterius vestibulum hæc ornat inscriptio:

Chri-

(13) In fine extat, Basileæ apud Nic. Episcopium Jun. M. D. LVIII. Episcopii etiam in fronte insignia comparent. Paginas continet 350.

(14) Prima forte hæc est Epist. Longolii editio, quæ hoc ipsius Elogium Jovianum habet adiectum. Quod ipsum deinde in alia, mox describenda, Basileensi de Anno 1570. rursus reperitur; in ea vero, quæ 1580. eadem in vrbe prodiit, iterum veluti exterminatum est. Sine dubio & aliæ editiones illarum Epistolarum isthac Elogium exhibent. Lumen exierunt prima vice illa Pauli Iovii do-

ctorum



Christophori Longolii Epistolarum libri IV. Tullianæ videlicet eloquentiæ ad unguem expressa imago. Doctorum item aliquot Epistolarum ad eundem Longolium, liber I. Quibus eiusdem vita, per quendam ipsius studiosissimum conscripta, est præmissa. Basileæ, per Eusebium Episcopium, & Nicolai fratriis hæredes. Anno M. D. LXX. 8v.

In fine eadem leguntur, & anno Mensis Septembr. additus est. Absolvitur paginis 374. Adiectus est index nominum, quibus epistolæ inscriptæ sunt. Ipsum statim libri exordium dicitur à nitidissima nostra Longolii vita, quam proxime comitatur eiusdem elogium, nullo adscripto auctore, quem nec in editione Basil. 1558. quam eodem elogio auctam dixi, additum deprehendo;

ad

ctorum Virorum Elogia Venetiis apud Mich. Tramezium, M. D. XLVI. fol. cuius editio-
nis nullam facit mentionem Cel. STRVVIUS
in Intr. ad not. rei lit. cap. VII. §. VIII. p. m.
321. Raro illa in bibliothecis obvia, & hoc
titulo insignita est: „Elogia veris claro-“
rum Virorum imaginibus apposita, quæ “
in Musæo Ioviano Comi spectantur. Ad-“
dita in calce operis Adriani Pont. vita. “
Meum



ad Jovium vero illud pertinere, satis modo probatum dedi. Hinc epitaphia & carmina quædam in Longolium, sequuntur, subiectis deinde ipsis Longolianis, aliorumque ad eum Epistolis. Ceterum producitur hæc quoque edit. in catalogo Bibliothecæ Thuan. p. II. p. 391.

§. 18. Alterius Episcopianæ harum Epistol. editionis (quæ, si illam de An. 1558. alteri modo recensitæ, addas, tertiam efficit, quam ex illa officina publicatam possideo,) alterius, inquam, pagina anterior hunc nobis offert titulum:

Christophori Longolii epistolarum libri IV. Tullianæ videlicet eloquentiæ ad unguem expressa imago. Doctorum item aliquot epistolarum ad eundem

Meum illius exemplum fuisse olim partem Bibliotheccæ Oporinianæ, patet ex duobus his verbis: **EST OPORINI**; quæ antiqua manus (sine dubio doctissimi illius Typographi Basil. Io. Oporini, de quo plura memorabilia, præter cl. Maittaire, collegit I. C. Zeltnerus de **Correct. Erud. p. 388. seqq.**) fronti horum Elogiorum inscripsit. Hic in fol. 42. elogium Christ. Longolii paulo ante adductum reperitur. Est vero mihi ad manus & alia huius libri Joviani editio, Basil. 1571. 8v. impresa,

eundem Longolium, liber I. Bartholomei item Ricci de Imitatione libri tres, à Jo. Mich. Bruto emendati. Quibus eiusdem vita, per quendam ipsius studiosissimum conscripta, est præmissa, Basileæ, per Eusebium Episcopium, & Nic. Fr. heredes. M. D. LXXX. 8.

Primùm occurrit Ioh. Mich. Bruti in Christ. Long. epistolas ad Ios. Bonvisium, præfatio, Lugduni, Idib. Junii, omisso anni indicio, scripta. Eam excipit Steph. Doleti in obitum Christ. Long. ad Sebast. Gryphium carmen. Tum p. 9. usque ad p. 30. toties nobis dicta Christ. Longolii vita, eiusdem epitaphiis & carminibus nonnullis variorum virorum doctorum in eund. Long. comitata, conspicitur. Ipsæ dein epistolæ ad pag. usque 382. procedunt, quas inde, usque ad finem voluminis, pag. scil. 542. Barth. Ricci tres de Imitatione libri excipiunt, subjecto denique elenco epistola-

Tomi I. Fasc. I.

G rum

sa, quæ illud elogium n. LXVII. p. 155. seq. exhibet; ceterum rubrica gaudet, paulo alia ab ea, quam supra ex Veneta editione transcripsi: „Elogia doctorum virorum.“ ab avorum memoria publicatis ingenii“ monumentis illustrium. Autore Paulo Jovio Novocomense, Episcopo Nucerino. &c.



rum Ch. Longolii , id est, eorum virorum eruditorum , ad quos ipse, & qui ad illum literas scripserunt. Jovii autem elogium Long. ex hac editione iterum quasi exulare, alibi iam commemoravi; sicut & ipsam hanc **editionem**, occasione Ricciani libri, eidem adiecti, supra iam attigi , in prolixa , quam §. 5. subiectam videbis, nota (3) p. 68 seqq. Eandem quoque editionem fuisse olim in Bibliotheca Adami Christoph. Jacobi, JCti & Cons. Elect. Sax. videre licet ex catal. eius, P. II. p. 190. n. 2093.

§. 19. Hæ adeo sunt illæ harum Long. Epp. editiones, quas ἐξ αὐτοψίᾳ licuit recensere, quibus omnibus vita , cuius auctor in dubium vocatur , legitur præmissa. His, ut fidem, supra datam, liberem , annexam paucas alias, quas alibi commemoratas reperi. Ita Ant. Teissier (*) mentionem facit editionis *Epistolarum Christ. Longol. quæ Lugduni apud Gryphium, A. 1535. prodierit, & de qua infra §. 20. p. 104. 105. non nihil dictum est. Ac video certe, Lugduni in officina Gryphii excusam*

(*) Dans son avertissement, sur le 3. Tome de ses Additions aux Eloges des Hommes savans, qui sont dans l' Historie de Mr. de Thou, imprimé en Berlin en 1704. Extat quoque in fronte, T. I. nitidæ edit. Lugd. Bat. 1715. excusæ.

sam aliquam, *cum tribus Longolii orationibus*, memorari in Gesneri Bibliotheca, per Jos. Simlerum contracta, voce *Christ. Longolius*. Cuiusmodi & meminit minus quidem semper accuratus ille personatus Clarmundus in vita Longolii P. V. vitarum, p. 32, sq. Sed utrobi-que annus deest.

Prostare etiam Lugdunensem quan-dam Gryphianam, quæ Ricci de Imitat libris locupletata est, §. 5. in nota (3.) p. 68 sqq. satis demonstrasse mihi videor, & Io. Mich. Bruti præfationem illi sine dubio fuisse præfixam forsan non male coniectavi. In eadem Gesn. Bibl. contr. & apud Clarmundum ll. cc. Basileensis de An. 1540. 8v. adducitur, cui vita quoque Longolii præmissa sit. Draudius etiam in Bibl. class. p. m. 985. hoc tit. aliquam profert:

Christophori Longolii Epistolarum libri IV. Tul-lianæ videlicet eloquentiæ ad unguem ex-pressa imago. Coloniæ, Pet. Horst. 1591. 8v.
Ultimæ, alibi repertæ, ex catalogo Bibl. Ia-cobi laudato, P. II. p. 187. n. 2059. hanc hausi notitiam:

Christophori Longolii Epistolæ, item vita, & Barth. Ricci de Imit. libri III. Colon. 1620. 8v
Quibus, appendix loco, addere liceat & alium librum, qui selectiores clariss. quo-

rundam virorum, interquos & Ch. Longolius refertur, comprehensas epistolas continet, & hoc modo apud Draudium in Bibl. Class. p. m. 984. legitur additus.

Selectiores Epistolæ clarorum virorum, scilicet Petri Bembi, Jac. Sadoleti, CHRISTOPHORI LONGCLII, & Pauli Mantii, in tres libros digestæ, opera Simonis Verepæi. Accessit eiusdem Verepæi de Epistolis latine conscribendis Isagoge. Antwerpia, 1574. 8v.

§. 20. Sed manum de tabula! neque enim alio consilio has editiones tam studiose descripsi, quam ut vitæ Longolii, à Polo descriptæ, præstantia quodammodo etiam hinc colligatur, quod, ut tot Epistolarum Longolii editionibus ab illò statim tempore, quo conscripta fuit, præmitteretur, digna fuerit existimata, ab illis, qui earum curam gesserunt. Nec dubito, quin ista in reliquis quoque reperiatur Longolii Epist. editionibus, tum iis, quas modo enumeravi, mihi quidem non vidas, ab aliis tamen commemoratas, etsi, ultimam Colonensem de An. 1620. si exceperis, in titulis earum, vitæ huius nullam mentionem deprehendo; cum illis etiam quæ forte extant, quasque nec ipse



ipse inspexi, nec ab aliis citatas reperi. Non
vereor, ne levis TIBI aut inutilis prorsus hæc
opera, hactenus præstata, videatur, VIR huma-
nissime; pertinet enim quodammodo ad id
genus historiæ literariæ, de quo TV in primis
præclarè es promeritus, editis ante hos duo-
decim annos, duabus partibus, in quibus
accuratam & fusam librorum quorundam
historiam, descriptis solicite eorum editio-
nibus, iucunde enarrasti; quod institutum
à Viro quodam docto, in genere librorum
ad Theologiam spectan tium nuper esse red-
integratum, memini in Novis tuis liter. an-
ni præteriti, me legere, qui locus tamen me-
moriæ nunc non amplius succurrit. Suc-
currit vero aliud quid, quod ad Epistolas
Longolii proprius spectat, & sigillatim qui-
dem ad binas illarum editiones, paulo an-
tiquiores. Neque TIBI ingrata fore, credi-
derim, quæ modo, pace tua, allatus sum,
& ab hoc loco haud aliena videntur; non
quod ea TE fugere existimem, qui, quic-
quid est rei literariæ, ita cognitum perspe-
ctumque habes, ut & minima, dummodo ali-
quod Reip. liter. commodum afferant, non
negligere soleas, & curiosa quoque iden-
tidem attingas. Scilicet nosti haud dubie,

inter duum viros, liberali doctrina politissimos, Ant. Teisser & Petr. Bayle, occasione loci cuiusdam ex Longolii epistolis petiti, non nihil quasi concertationis, etsi leviusculæ, intercessisse. Adduxerat Teisserius in addit. suis ad Elog. doctorum virorum, ex Thuani Historiarum libris excerptorum, & Gallica lingua editorum, nominatim in M. A. Flaminii elogio, testimonium quoddam ad Itali huius præstantissimi laudes pertinens, ex Longolii epistolis. Quem locum, cum Bælius in sua editione reperire non posset, eiusque rei in Diction. Crit. mentionem fecisset, iis Teisserio usus ille videtur expressionibus, ut cum Plinio loquar; ex quibus facile esset ad coniendum, quasi Teisserius locum illum recens cuditisset. Hic itaque Vir amplissimus, etsi animum magnopere devinctum Bælio ostendit (15) pro accurata nonnullorum emendatione, in quibus humani quid passum se esse, ipse fatebatur; ad ea tamen delatus, de quibus pau-

(15) Vid. Admonitio eius ad lectorem de tertio suo Additionum tomo, Berolini 1704. edito, in recentissima eius, nitideque excusa, Elog. Thuan. editione Lugd. Bat. 1715. 4. Tomis, fol. 9. seqq. conf. Act. Erud. 1704 p. 461. sq.

paulo ante dixi, non poterat, quin Bælium nonnihil, in sui defensionem, notaret. En ipsius Teisserii verba, in Elog. M. A. Flaminii, T. I. p. 88. Mr. Baile (16) dit, qu'il n'a pas pu trouver un passage des lettres de Longolius, que j'ai rapporté dans mes précédentes additions, bienqu' il l' ait cherché avec beaucoup de soin. Le passage, est tiré de la lettre 28. du livre 3. des Epîtres de Longolius. Il est conçû en ces termes; Cave putes quicquam ei istic esse, aut iam multis etiam sœulis fuisse simile, vel ingenio, vel industria, vel probitate, vel etiam gravitate. Evidem sic de eo pronunciare soleo, ut dicam, neque natura benigniore quemquam hodie uti, neque cum fortuna durius conflictari. Ainsi je n'ai pas forgé ce passage,

G 4 ge,

(16) In margine citat eius Dict. Crit. non addito loco, vel pagina, articulum autem eius de M. A. Flaminio quin innuat, non sane dubito. Qua de re illis, quibus prima vel secunda Bælianii Dictionarii Hist. Crit. editio ad manus est, melius licebit dispicere, quam mihi, qui neutrâ earum potiri hic potui; in recentissima autem, quam possideo, incomparabilis illius operis editione T. I. p. 182. voc. Flamin. videntur ea, quæ Teisserio conquerendi ansam dederunt, rursum omissa, vel paulum immutata esse.



ge, comme il semble que Mr. Baile veut l'insinuer.

Hæc Teissier, qui & insuper in margine è regione illius Longoliani testimonii, hæc verba apposuit: *Il se trouve au feuillet 245. de l' Edition des lettres de Langolius chez Iodoc. Bad. Ascens. 1533.* Atqui vera scripsisse doctissimum virum, inspecta eadem, quam supra fuse descripsi, haud ita hodie trita Epp. Long. editione Parisiensi, ex altero folii citati latere didici.

Eandem sui apologiam alibi (17) quoque dat his verbis: *J'eusse entrepris de répondre à quelques autres Critiques de Mr. Baile, si j'eusse eu les Livres, d'où j'ai tiré mes premières Additions; car peut-être ils m'eussent donné moyen de me défendre contre ses censures, comme j'ai fait à l'égard d'un passage de Longolius, que j'avois cité dans l'addition à l'Eloge de Flaminio. Mr. Baile n'ayant pu trouver ce passage dans les lettres de cet Auteur de l' Edition de Gryphius de 1535. (18) a presque insinué, que je l'avois inventé, quoique les paroles, que j'ai rapportées, soient dans l' Edition, dont il s'est servi.*

AC

(17) In admonitione illa ad lectorem, de qua in proxime præcedente nota dictum est.

(18) Conf. quæ supra §. 19. de hac editione observavi, & quæ paulo post de ea dicentur.

§.21. Ac ipse etiam in quinque illis, quibus
usus hic sum, editionibus, locum istum repe-
ri; unde facile credulus sum Teissiero, etiam
in Gryphiana eum extare, quam Bælium
evolvisse, Teissierus hic innuit. Scripta
est illa Longolii epistola ad *Marianum Ca-*
stellanum, & est *Libri III. vigesima octava.*
Ceterum cum Bælius voc. *Flaminius*, in no-
ta C. alia ex Epp. Long. loca excitet, quo-
rum folia exakte respondent editioni Paris.
1533. ex officina Ascensiana, publicatae, &
quam Teissier quoque adhibuit; concluder-
re hinc licet, aut eandem Bælium ad ma-
num habuisse editionem Ascensianam, aut
Gryphianam de An. 1535. adeoque biennio
post illam, impressam, cum saepe dicta Pa-
risiensi prorsus, etiam quoad paginas, conspi-
rare. (19) Sed quamcunque demum editio-
nem Bælius consuluerit, tentabo ego po-
tius originem indagare, ex qua ista Bælii
suspicio mihi videtur quasi profluxisse; quan-

G 5 quam

(19) Quod ex Clarmundi quoque vita Christ. Longolii, Part. V. vitarum eius, pag. 33. colligi potest, qui adducta Basil. edit. de An. 1540. proximè subiicit, aliam quoque existare Lugdunensem, cui tres Longolii orationes adiectæ sint. Conf. quæ in §. 19. de eadem scripsi.

quam ipsa Teisserii verba, cum in Admonit.
tum in Elog. Flaminii, T. I. p. 88. seq. legen-
da, & supra a me exhibita, clare docent,
Bælius videri saltem id innuisse, quod locus
iste à Teisserio excogitatus, vel cusus sit. In
admon. ait: *Mr. Baile --- a presque insinué*,
que je l'avois inventé; & rursus T. I. p. 89.
Ainsi je n'ai pas forgé ce passage comme il semble,
que Mr. Baile veut l'insinuer. Scilicet produ-
xerat forte *Teissier* (20) ex *Ep. 28. Libri III.*
Epist. Long. supra excerptum de Flaminio
agentem locum: *cave putas, &c.* Videtur
mihi quoque, gallica veste indutum protu-
lissee, non addito epistolæ numero, sed ge-
neratim libro tertio allegato. Id ut credam,
Bælius l. c. not. C. p. 1182. me commovet, qui
ex *Teisserii Addit. T. II.* p. 395. illa verba gal-
licè exhibit; *Mr. Teissier*, inquit, cite ces
paroles de *Longolius*: (in nota marg. ad-
dit: Il cite *Longol. Epist. Lib. III.*) *Sachez*,
que depuis plusieurs siecles il n'y a eu personne,
qui ait égalé Flaminius en esprit, en savoir, en
vertu & en probité. *Certes j' ai accoutumé en*
par-

(20) Coniecturis hic indulgere liceat, dum illis
librorum, huius celeberrimorum virorum
bigæ, editionibus destituor, ex quibus hæc
dijudicanda sunt.

parlant de lui de dire, qu' aujour d'hui je ne conois point d' homme, qui ait plus de merite, ni qui soit plus malheureux que lui. Hunc ipsum, aio, locum cum in sua editione Bælius reperire nequiret, utpote vagè à Teisserio citatum, allegato saltem libro tertio; factum esse credo, ut in similem alium (21) inciderit, in epistola Long. 22. eiusdem libri III. ad Petrum Bembum exarata, occurrentem: Scito (ex omni nobilitate Romana,) multis iam seculis, extitisse neminem, qui ad summa ingenii atque iudicij ornamenta tantum adiunxerit diligentiae, & in omnis liberalis doctrina studio assiduitatis, & reliqua apud Teisserium l. c. quoque legenda. Qua in re & id me confirmat, quod ista verborum Longolii ex Lib. III. Ep. 28. Cave putes quicquam ei istuc esse, aut iam multis etiam seculis fuisse simile, &c. (quem locum Bælius nec quicquam quæsivit) versio gallica (22) initium saltem si spectes, ita sit adornata,

ut

(21) Illum videlicet, quem & Teisserius, ignarus forte, ex isto male quid suspicandi causam Bælio subnatam esse, in Elogium Flaminii postliminio fortè transtulit, quique T. I. p. 88. Edit. recent. legitur.

(22) Quæ verba Gall. ex Bælio supra attuli, qui tali



ut alteri loco ex L. III. Ep. 22. qui Bælio
 quærenti se forte obtulit, neque tamen per
 omnia dictæ translationi respondere videba-
 tur, haud difficulter applicari potuerit, sci-
 licet verba : *Sachez, que depuis plusieurs siecles
 il n'y a eu personne, qui ait égalé &c.* quibus
 Teisserius hæc expressit: *Cave putes quic-
 quam &c.* Bælius videtur accommodasse
 huic loco, ipsi forte obvio: *Scito (ex nobi-
 lilitate Romana) multis jam seculis extitisse
 neminem qui ad summa ingenii &c.* Sed quor-
 sum pro labor tandem, & quomodo impru-
 dens non intelligo, rem mihi hactenus fui-
 se cum summis olim in orbe literato Viris,
 & Criticis atque rei literariæ Antistiticibus ex-
 cellentissimis, quorum omnia sunt summa,
 id est, tanta accuratione & iudicio exara-
 ta, ut in alienam hanc messem, infelicem
 falcem misisse, parum absit, quin omnino
 pudeat. Interim celeberrimos Act. Erud. Lips.
 collectores, A. 1704. M. Oct. p. 461. sq. vi-
 deo hoc ipsum argumentum ut paucis tan-
 gerent, non indignum habuisse: *Nec negat,*
(scribunt de Cel. Ant. Teisserio) errares in prio-
res

tali formula ea exhibet, ut ex Teisserio ad-
 duxisse omnino videatur.



res illas partes (Additionum ad Elogia) pas-
sim irrepsisse, quorum aliquos Cel. Bælius correxe-
rit, in vasto illo Dictionario Critico, cui, raro
inter doctos exemplo, grates eam ob rem habet
maximas, & si quæ præter causam à Bælio re-
prehensa fuere, ea modeste excusat, Maronis in-
super illa sua faciens : Impar congressus A-
chilli. Hinc occasione M. A. Flaminii, Longo-
lii de eo testimonium, quod Bælius in ejus Episto-
lis invenire se posse negaverat, producit, & Flami-
nium Protestantium castra secutum fuisse, aduersus
Thuanum pariter & Bælium diserte probat.

§. 22. Ceterum, cum Reginaldo Polo vi-
tam hanc contubernalis olim sui charissimi
argumentis quibusdam fortè non nullius
ponderis hucusque asserere haud dubitave-
rim; video mihi necessitatem incumbere, ut
dubia quædam, quæ mihi forte ex ipsa hac
vita obiici possent, tollam, & loca non-
nulla, quæ sententiæ nostræ omnino
favere videntur, proferam, breviterque
illustrem. Quare ipsam vitam, sæpius
mihi lectam, attentissimè relegi, singulari
semper & accurationis & stili voluptate ca-
ptus. Ab ultimis illius vitæ foliis primordium
ego petam, ubi hæc in primis verba mihi oc-
cur-



currunt, quæ aliqua consideratione digna videntur. (23) Cum multi nobiles viri, (quorum tum Patavii propter celebritatem eorum, qui literas docuerunt, magna copia fuit), certatim Longolium ad se invitarent, quod eius consuetudinem non honorificam tantum sibi, sed etiam fructuosam fore putabant: ille in domum Raynoldi Poli, nobilis iuvenis Britanni, quem per eos dies Rex Britannæ literarum causa emiserat, migravit: quocum coniunctissime in literis usque ad extremum vitæ diem vixit.

Nihil est caussæ, quod metuam, ne id fraudi sit sententiæ nostræ, quod Polus, vitæ huius auctor, de se non in prima, quod aiunt, persona, sed in tertia, loquatur; cum integræ virorum doctorum vitæ extent, ab ipsis auctoribus (24) conscriptæ, quæ eodem modo exaratae sunt. Illam vero circumstatiā, quando Polus dicitur, à Rege Britanniae, literarum caussa, Patavium missus esse,

(23) Conf. p. 25. b. in vitis Philos. M. Adami, & p. CCXLVII. collectionis vitarum Batesianæ.

(24) De scriptoribus, qui de sua ipsi vita exposuerunt, doctam possideo diss. Godofredi Wagneri, Witteb 1716. hab. Eorum catalogum inde repetitum, & aliis exemplis auctum esse video, in P.I. n. 2. p. 40. seqq. der Würtembergischen Neben-Stunden.

esse, cum ex vita Poli illustranda, & cum aliis eius generis momentis historicis, concilianda sit, TIBI diiudicandam permitto, acerrimi iudicii & exactæ accusationis VIRO, qui ex vita illius Cardinalis clarissimi Becatellio - Duditiana ita eam procul dubio ipse illustrabis, ut non meæ magis, quam tuæ sententiæ (pro una enim quasi caussa nos stare, ab initio statim hujus epistolæ, paulo verbosioris, obscurius innui,) suscipias patrocinium.

§ 23. Sed age VIR Clarissime, recognoscamus & alia verba in priore vitæ Longolianæ parte legenda: *De pluribus* (ait auctor vitæ, de Longolio) & *variis rebus* saepe interrogatus, de quibus à multis annis nihil legerat, non minus prompte de singulis solitus est respondere, ac si eo die ab eo perlecta fuissent. Cuius rei cum familiariter cum eo viverem, (25) in consuetudine quotidiana crebro periculum facere licuit.

In

(23) Apud Melch. Adami in eadem hac vita, p. 21. b. in vitis Phil. edit in fol. hæc verba ita leguntur immutata: „Cuius rei iis, qui “familiariter cum eo vixerunt, quotidie pe-“
riculum facere licuit,

In Regin. Polum hæc omnia optime quadrare, nemo dubitabit, nisi is forte, qui Polum in eodem cum Longolio vixisse contubernio, ignorat. Neque obstat, quod stilum nunc verterit Polus, & de se in prima, ut dicitur, persona, scribat: cum ipsum hoc narrantis fere proprium esse soleat, si qua de se ipso immiscere oportet; cum prius illud, ubi de se, tanquam alio verba fecit, modestiam Reginaldi indicare videatur.

Ast iuvat afferre & alium locum, ex quo pateat, vitæ huius auctorem Longolio coævum, eiusque familiarissimum fuisse. *Causam totam Luterianam* (scribit Polus de contubernale hoc suo,) cuius oppugnationem iussu X. Leonis Pontificis Maximi, à quo etiam commentarii totius causæ missi ad eum fuere, suscepserat, quinque orationibus complecti statuerat; brevique perfecisset, (excogitatis iam secum, ut ex ipso audieram, quæcunque tali in causa dicenda forent,) nisi prima statim absoluta, immatura mors consilium eius prævenisset. (26) Nisi verendum mihi esset, VIR celeber-

(26) Extat hic locus, quem Longolii vita orat. & epist. eius præmissa, exhibet, in edit. Paris. de

berrime , ne patientia tua, cui sic satis molestum me fuisse, sentio , prorsus viderer abuti velle, aliqua hic inspergerem , ex quibus nonnihil lucis huic vitæ Longolianæ loco posset accedere , quæ forsitan tamen , alia occasione , in laudata modo vita, copiosis annotationibus illustrata, ceu infra commemorabo , locum magis opportunum reperient ; quæ ad ea etiam quodammodo illustranda aliquid forte tum conferre possunt, quæ de intima Reg. Poli nostri cum M. A. Flaminio consuetudine , narrantur , cuiusque Tū ipse mentionem iniicis in Annot. quadam doctissima ad P. Manut. epistolam tertiam Libri primi, p. 1012. sæpius laudatæ illarum Man. Epp editionis, quam docti qui que viri, rei litterariæ , eius, quod P. Manutius decurrit, ævi , in Italia præsertim , & Manutianæ eloquentiæ paulo studiosiores tam libenter TIBI debent. Videtur mihi profecto Polus , qui postea Cardinalis factus haud certe proletariam religionis nostræ

Tomi I. Fasc. I. H cogni-

Paris. 1533. f. 10. a. in edit. Bas. eiusd. An. lit. a. 5. b. in Basil. 1558. lit. a. 6. b. in alia Basil. de an. 1570. lit. a. 7. b. in rursus alia edit. 1580. Basil. cui Ricci de Imit. libri accessere, lit. b. altero latere. In vitis Phil. Adami p. 23, b. edit. in fol. in Batesii vitis p. CCXLIV.



cognitionem habuit, in illo Longolii contubernio, attentius forte lectis caussæ Lütheranorum supra dictis commentariis (27) à Pont Rom. Leone X. ad Longolum missis, de veritate doctrinæ Lutheri non nihil cogitare cœpisse. Quid? quod ipse Cel. Gilb. Burnetus auctor est (28) Polum ob id ipsum, quod Domesticum habuerit Flaminium, qui Lutheranæ Religioni addictus esse credebatur, in eandem suspicionem incurrisse. Sed hæc ipsa forte alio tempore eruditissimus Theod. Hasæus, Theologus Bremensis, in suis de M. A. Flaminio analectis, quorum alicubi spem ipsum fecisse recordor, uberius & docte illustrabit. Vnicum adhuc locum

ex

(27) Omnino hic conferri debet epistola Longolii ad Petr. Bembum, quæ Lib. II. vigesima nona est, in supra recensitis editionibus tribus, quæ ex Episcopiana officina Basileæ prodierunt, & solæ ex iis, quas evolvi, numeros Epistolis adjectos habent.

(28) In Hist. Ref. Angl. T. II. L. I. p. 373. 12. apud Teissier Elog. des hommes savans T. I. p. 89, in Elog. Flaminii, ubi ait: „ Mr. Burnet dit „ aussi, qu' on croyoit, que Flaminio étoit „ Lutherien, & que l'on soupçonneoit le Cardinal Polus de favoriser l' herésie, parcequ' „ il entretenoit chez lui Flaminio.

ex hac vita excerptam, qui nobis contrarius quidem videtur, sed ex eodem fonte tanquam in ordinem redigi, & ipsismet nobis accommodari nullo negotio potest. In ultima scilicet vitæ huius parte hæc de Longo-lio habentur: *Nusquam se* (defuncto Leone X.) commovit, sed veteribus tantum amicis, quos in Italia habuit, de statu suo per literas admonitis, ille in contubernio illius nobilis *Iuvenis Britanniæ* se continuuit. Cum vero decem menses (sic pergit auctor vitæ eius) post obitum Leonis, perpetuo fere in literis versaretur, constitutum se habere dixit, in Forum Iulium proficiisci, cum ut animum suum curis literarum districtum peregrinatione relaxaret, cum etiam ut eam partem Italiam sibi non satis cognitam viseret. Itaque paucos ante dies, quam egredi statuerat, cum nihil omnino incommodæ valetudinis sentiret, semotis arbitris *multa cum Polo suo, cui semper plurimum tribuit, fertur disputasse* de periculis, de fragilitate, de miseria humanae vitæ, &c. *Hæc ille.* Quin rursus hæc omnia, salva nostra opinione, de se ipso Reginaldus noster scribere potuerit, nullum erit dubium illi, qui, quæ in §. 22. ad similem prorsus lo-

H₂ cum



cum annotavi, pensitaverit. Imo in hanc prope sententiam inducor, Polum in conscribenda hac vita id habuisse consilii, ut dissimularet prorsus, à se illam profectam esse; imo data nonnunquam opera dubiis loquendi formulis uti voluisse, qualis illa est, quæ in fine loci paulo ante expromti, dubiè satis posita legitur, cum scribit; *Longolius multa cum Polo suo fertur disputasse, &c.* cum tamen ultimum illud inter ipsos institutum colloquium, nemini ita, ac ipsi Polo, cognitum & exploratum fuisset. Neque verò alium hic finem habuisse videtur constantissimus ille Longolii amicus, quam ut narratio hæc sua apud lectors maiorem inveniret fidem, si auctor vitæ incertus quidem esset, integritatis tamen suæ notas præse ferret. Credebat enim fortassis, nec injuria, fore, ut ipse, quem omnes scirent, contubernalem illius fuisse, eumque ad extremum usque vitæ diem Longolio charissimum, eiusque amantissimum, si addito nomine suo vitæ descriptionem emisisset, plurimum amori erga defunctum dedisse, & maiorem amicitiæ, quam veritatis rationem habuisse videatur. Ut tamen simul lectoribus persuaderet, hanc vitam exaratam esse à tali



tali viro, qui fuisset ex numero amicorum Longolii, quorum ille complures habuit; cuique omnis eius vita & actiones fuissent perspectæ: placuit ipsi semeliterumque eiusmodi immiscere narrationi suæ verba, quæ indicarent, ipsum amicum Longolii intimæ admissionis fuisse, familiariterque in consuetudine quotidiana cum illo vixisse, adeoque res fide digrissimas scribere.

§. 24 Quæ cum ita sint, VIR doctissime, quid est, quod obstat, quo minus Reginaldo Polo hanc vitam elegantissime conscriptam; adiudicemus? Quantum ipse Longolius illi tribuerit, patet ex epistolis eius passim. Non possum tamen non duo in primis eius testimonia proferre, quæ satis fortè demonstrabunt, à Polo, viginti tres vel quatuor tum annos nato, utique hanc vitam expectari potuisse. Ita Lib. III. Epist. 12. ad Steph. Saulium, (in cuius contuberrnio Patavii prius, (29) quam in Reg. Poli, vixerat) scri-

H 3

bit

(29) Vid. vita Longolii p. 25. b. apud M. Adami.

De eodem Saulio Tymet ipse præclara quædam commentatus es in nota ad L. I. Ep. III. P. Manutii p. 1001. sqq. edit. tuæ; conf. indicem voc. Saulius. De gente Saulia vid. Vb. Folieta

de

bit Longolius : *Polus noster*, est quidem ille
ingeniosus & me hercule doctus & elegantissimi
iudicii adolescens, sed qui neque istiusmodi di-
sputationibus (mutuorum iocorum & con-
certationum, inter Saulum & se in uno con-
tubernio institutarum, paulo ante mentio-
nem fecit) ac nunciis magnopere capiatur, (30)
& mira quadam etiam tum modestia, tum taci-
turnitate sit præditus. Et in alia ad eundem,
 quæ Lib. III. 29. est, desiderium erga Saulum
 suum ita exponit, ut Poli quoque sui non obli-
 viscatur: Quo me igitur, inquit, tandem esse
 censes animo? nempe eo, quo esse debeo, orba-
 tus tali viro, mihi amicissimo, familiarissi-
 mo, iucundissimo. *Polus* quidem *noster*
 non tameorū commemoratione, quæ à me de
 ista tua & virtute & industria persæpe audie-
 rat, quam literarum, quas tu mihi scripsisses,
 elegancia atque prudentia commotus, te unum
 iam sibi destinarat, qui cum societatem studio-
 rum coiret sanctissimam: regiæ scilicet indolis
 & acerrimi iudicii adolescens, te expaucis
 episto-

de Ling. Lat. usu & præst. Lib. I. p. 74. sqq. edit.

I. L. MOSHEMII, & huius ipsius celeberrimi
 Viri adiectas annotationes.

(30)Aliena scilicet hæc erant à gravitate & indele
 regia Regin. Poli, cuius mox ipse Long. meminit.



epistolis tuis, quasi Leonem ex unguibus, totum facile æstimavit, dignumque quem unum ex omnibus in omni studiorum suorum ratione comitem haberet & socium, iudicavit. Hactenus Longolii verba, ex quibus saltem id constat, iam tum Polum acerrimo judicio & insigni doctrina atque eloquentia præditum iuvenem fuisse; adeoque & ex hoc argumento ad vitam illam exarandam, per ætatis quoque rationem, (quippe nondum quinque lustra tum compleverat,) aptum omnino fuisse, illamque hinc genuinum Reginaldi Poli fætum, doctissimumq; efflorescentis tum maxime ingenii eius monumentum, merito agnosci atque haberi. I. Q. E. D.

§ 25. Nihil nunc supereft amplius, VIR Præstantissime, nisi ut fidem, quam supra (§. 6. p. 71.) me dare memini, liberatus, paucis adhuc, pace quidem Tva, ostendam, quibus etiam in vitarum clarissimorum omnis generis in Republ. liter. virorum, collectiōnibus hac ipsa Longolii vita occurrat. Iam aliquot Epistolarum Christ. Longolii editionibus, quas supra studiose descripsi, initio à Bernhardo Junta Florentiæ facto, ob præstantiam suam erat præmissa, cum A. 1536. Francofurti ad Mænum, in forma quarti ordinis,

collectio vitarum quarundam prodiret, quam
 Io. Fichardo, per celebri illi ICto, adscribi
 video, in qua hanc ipsam vitam Longolii ex-
 tare, novi quidem, sed ita, ut grates illi non
 parvas habiturus sim, qui me ex omni par-
 te hac de re certum faceret, eamque Fichar-
 dianam collectionem, quæ omnino differt
 ab illa, quam tiginta fere annis postea,
 Patavii, publicatam esse constat, (31) ac-
 curatius paulo describeret. Raram enim
 cum primis hodie esse, & ipse expertus
 sum, cum toties eam in instructissimis
 Bibliothecis, (quas in qualicunque illo iti-
 nere literario, quod ante hos ipsos duos an-
 nos eram ingressus, cujusque fructum ali-
 quem

(31) Sub tit. Vitæ recentiorum Iureconsultorum,
 " qui post recuperatam Romani Iuris pru-
 dentiam, eandem & docendo & scribendo
 " professi sunt, Patavii, apud Iac. Iorda
 " num ad signum Aquilæ 1565. 4. Vene-
 tiis 1584. 4. recusum esse hunc librum, &
 novissime Guido Panzirolo de claris Legum
 interpretibus, cura celeb. VIRI CHRISTIANI
 GODOFR. HOFFMANNI iuxta editionem Pata-
 vinam p. 397. additum esse, & notum aliunde
 est, & docet id quoque cel. BUDERUS p. 303.
 libri infra p. 124. not. (34.) à me excitandi.



quem & TIBI me debere, VIR humanissime, in principio huius Diff. gratâ mente sum professus, adire contigit) nec quicquam requisivi; & ipsi VIRO Celeb. Christiano Gottl. Budero, id fateri necesse fuit, quando, loco infra (p 124.) allegando, se illam non vidisse, diserte testatur. Neque vero dubito, hanc collectionem intra hos quinque annos, huic ipsi VIRO eruditissimo in manus incidisse, qui dubie satis tum de illa scripsit, aperte faslus, se dicere non posse, eademne sint vita, in illa comprehensæ, an diversæ à vitis ICTORUM. Diversas vero utique esse, ex dicendis patebit. Extare vero eiusmodi librum sex testimoniis evincam, ex quibus nonnulla ita sunt comparata, ut fides iis deneganda haud sit. Principatum obtinet autochia, ut fere non dubito, Cel. Mich. Maittaire, qui illius titulum affert P. II. præstantissimorum suorum Annalium Typographicorum, pag. 852.

Vita Virorum illustrium, qui superiori nostroque Sæculo eruditione & doctrina memorabiles fuerunt, à IOANNE FICHARDO in unum volumen collectæ: Christianus Egnolphus excudebat, 4to. Francof. 1536. { in nota additur} M. Septemb.

H 5

De-



Deinde in Bibl. Class. Draudii, sub tit. *vitæ doctorum virorum*, p. m. 923. hæc collectio Fichardiana paulo distinctius memoratur, adductis nonnullis Viris doctis, quorum ibi vitæ reperiantur. En. titulum, quem exhibit.

Germanorum aliquot clarorum Virorum, Celsis, Agricolæ, Wesseli, Mosellani, LON-GOLII, Oecolampad. vitæ, Francof. apud Egenolph. in uno volum. in 4to.

Et Draudium librum hunc oculis usurpasse, hæc ipsius descriptio credere iubet. Fichardum tamen collectorem, & annum omisit. Tertius, qui eius mentionem fecit, mihi occurrit Phil. Labbe (32) apud quem hæc lego:

Fichardus anno 1536. Francofurti edendas curavit apud Christianum Egenolfum, Virorum eruditione & doctrina illustrium (Germani sunt decem, Itali sex, & Angli duo) vitas à Scriptoribus variis, conscriptas in 4to. Quartum, produco & ipsum sine omni dubio autóptu & possessorem, Theodorum Haseum, Th D. & in illustri Schola Bremensi Profes- forem,

(32) In Bibliotheca Bibliothecarum, voc. Jo. FICHARDUS, p. m. 113 edit. Rothomag. 1672. 8v. Cum eius descriptione etiam Hertziana convenit, paulo infra memoranda.

sorem, virum ea eruditione conspicuum, ut, quos cœtus Reformatus cum eodem conferre queat, non adeo multi sint (33). Is enim in Biblioth. suæ Hist. Phil. Theol. Clas. V. p 322. sq. inter scripta Gerh. Noviomagi refert quoque vitam Rud. Agricolæ, & Wesselii Gansfortii, his usus verbis:

*Vita Rudolphi Agricolæ; in vitis à IO-
ANNE FICHARDO editis; Francof.*

1536. Hic (subintellige in Fichardi collectione) quoque legitur vita Wesselii Gansfortii, deprompta ex libro primo illustrium virorum Germanie, sed horum nihil quidquam prodiit. *Quin-*

(33) Repeto hic elogium, quod recentissime ipsi dedit VIR supra laudes, Ven. IO HEINR. a SEELEN, SS. Th. Lic. & Gymn. Lubec. Rector, in Programmate quodam doctissimo, in quo consilium dat de adornanda Bibliotheca Christiana, sive notitia Scriptorum de CHRISTO. Conf. p. 481. SEELENII Selectorum Literariorum, (de quo elegantissimo libro nonnulla in præfat. mea ad hunc falc. dixi,) ubi recusum est illud Programma & locum XIII. occupat. Ac omnino magnopere rongandus est Summè Rev. SEELENIUS, ut ipse Bibliothecam illam Christianam, quantum in se est, & quoad muneris gravissimi ratio ipsi

Quintus, qui de illis à Fichardo collectis vitis testimonium perhibet, est *Thomas Hyde*, ex cuius catalogo Bibl. Bodleianæ, hunc titulum exhibet cel. Ch. Gotl. Buderus sub finem vitaे *Io. Fichardi*, ab *Henr. Petreio* descriptæ. (34)

Vitæ Virorum, qui nostro & superiore Seculo eruditione claruerunt, Francof. 1536. 4.

Idem

ipſi permittit, adornare perget, qui tam pulchrum eius specimen, ipſi consilio salutari adiicere, & elucubrare cœpit. Nec dubium est, quin symbolas suas alii viri eruditi & iam contulerint, postquam consilium illud iis innotuit, & porro sint lubentes collaturi. Scriptorum, quæ speciminis loco allata sunt, augere numerum potest doctissima M. Io. CHRIST. KOECHERI Diff. Jenæ, d. I. lun. 1726. hab. qua Historiam IESV CHRISTI ex scriptoribus profanis erutam ac delineatam dedit. Quam Diff. eidem VIRO Excellentissimo consecrare placuit KOECHERO humanissimo; quem deinceps quoque (ob benevole ab ipso VIRO Nobiliss. interveniente VIRI Cel. I. C. COLERI, Fautoris mei longe honoratissimi, opera, (vid. eius Bibl. Theol. P. XXI p 849.) secum communicatas MS. Conringii, in Hug. Grot, de ver Rel. Christ. Annotationes,) alibi ex merito laudavit, ceu supra p. 17. not. (a) observatum à me est.

(34) In vitis Clariss JCtorum, quas Jenæ 1722. 8. in lucem emisit, quæque in Act. Er. eiusdem

an.



Idem proxime subiicit, easdem & *Hertzium* (qui sexti testis vicem mihi explet,) in *Bibliotheca German.* n. 444. excitare, iisdem. que *X Germanorum, VI. Italorum, & II. Anglorum* *vitas a variis Scriptoribus condit as, contineri, dicere,* quæ cuius sint commatis, (ita pergit Buderus,) eademque an diversæ à *Vitis ICtorum,* dicere non possum, quum easdem non viderim. Quibus omnibus insuper accedit testimonium *Melch. Adami*, qui in *vitis suis ad Fichardianum* hoc Volumen aliquoties provocat. Supra ex Draudio docui, præter alias, exhiberi ibi *vitas Celtis, Agricolæ, Wesselii, Mosellani, LONGOLII, Oecolampadii.* De singu-

an. p. 413 sq. recens. ubi & præstantis auctor ad continuandum merito institutum excitatur. Vita Io. Fichardi, quæ à p. 241. — 306. decurrit, scripta est ab Henr. Petreio, Hardeiano, cuius Ven. Io. FABRICIUS, in Hist. Bibl. suæ P. IV. p. 281. brevem mentionem fecit. Vberiorem vero de vita Petreii expositionem cum harum rerum curiosis communicare cœpit CHRIST. AVG HEVMANNVS, Theol. Prof. & Gymnasii Göttingensis Inspector, VIR longe doctissimus, ac multis multa doctrina refertis scriptis famam dudum consecutus, (encomium legis Cel. SEELENI p. 473. Select. liter.)

singulis pauca afferre fas sit. Et ad *Conr. Celtis* quidem vitam quod attinet, extat ea quoque apud Adamum, qui p. 15. in *vit. Philos.* edit. in fol. testatur, se *Celtis vitam ex volumine de vitis Illustr. viror. Joh. Fichardi* de-promissee. Idem in fine *vitæ Mosellani*, ibid. p. 29. scribit: *Justinus Gobler ad Joh. Fichardum JC. Chytr. in Saxon.* In *Oecolampadii* tamen vi-ta p. 28. *vit. Theol.* non citat *Fichardum*, sed *Capitonis vitam eius*, & *Sim. Grynæi* de ob-i-tu eius tract. *Rud. Agricola* & *Joh. Wesselii* etiam *vitas à Fichardo collectioni illi insertas esse*, eundem *Draudium* testari dixi; quod utrum-que confirmatum reperi in *Bibl. Brem.* Atque ad

Liter.) Is enim duo Programmata de vita & scriptis *Henr. Petrei*, 1724. & 1725. con-scripsit, ex quibus tamen primum saltem mihi lectum est: utrumque autem ipse adducit **VIR** indefessæ industriæ, in locuplete illo otii sui litterati testimonio, id est, in accura-to lucubrationum suarum catalogo, præmisso novæ & multum auctæ editioni conspectus sui *Reip. lit. sive viæ ad Histor. literariam, Hanoveræ*, 1726. 8. p. 24. 25. Conf. *Act. Erud.* 1726. p. 513. ubi numerus initur illorum scriptorum, diciturque *Vir laboriosissimus præ-ter libros maioris momenti sedecim, Diff. & opu-*

ad vitam quidem Rud. Agricolæ, quod attinet, eam in hac collectione Fichard. extare, & a Gerh. Noviomago scriptam esse, in Bibl. Brem. Cl. V. p. 322. Cel. Hasæum quoque testari, paulo supra monui. Qui & ibidem docuit, vitam Wesselii Gansfortii, exaratum ab eodem Gerhardo, de promtum ex libro I. illustrum
viro-

opuscula alia, non computatis minutiis, edidisse centum & triginta. Terminum à quo & ad quem, ut sic loqui liceat, ipse constituit Heumannus in præf. p. 20. scil. inde ab anno ætatis suæ vigesimo primo usque ad hunc quadragesimum quintum; scripsit vero præfat. illam A. 1726. M. Ian. Id quod obiter, & pace VIRI modestissimi, cuius merita dum veneror ipse, adiicere visum est. Ad Fichardum ut revertar, inter scripta eius unum profert Cl. Buderus sub tit. Onomasticon Philos. Medico - Synonymum, & alterum pro vocabulis Paracelsi, 1574. 8v. cuius notitiam ipsi præbuit Th. Hyde Catal. Bibl. Bodlei. p. 251. Ipse vero fatetur, se nec vidisse illud, nec ab aliis memoratum deprehendisse. Memorari vero illud video apud Ant. Teissier in Elog. Thuan. T. III. p. 234. edit. recent. in Elog. ipsius Fichardi, ubi tamen collectionis vitarum, de qua ipse hic ago, nullam reperio mentionem. Adducit vero



virorum Germaniae, quorum vero nihil quidquam prodierit (36) apud eundem Fichardum legi.

§. 26. Ad LONGOLII autem vitam, eius gratia Fichardi hoc opus excitavi, ut denique veniam, reperiri eam in hoc ipso volume, ex Draudii *autoψιᾳ*, quam hic non in dubium vocari posse arbitror, supra demonstratum ivi, & porro Melch. Adami testimonio confirmare studebo. Is enim cum in

vero eius Perioden vitarum recentiorum Istorum ab Irnerio usque ad Huldrichum Zafium; aliumque eiusd. librum, cui tit. Indices duo omnium scriptorum in Iure tam Pontificio, quam civili &c. Agit de his Fichardi libris, p. 303. Buderus, sed conferri tamen meretur Phil. Labbe in Bibl. Bibliothecarum, p. m. 28. voc. Bernh. Rutilius; p. 107. v. Io. Nevianus; p. 112. sq. in lemmate, Io. Fichardus; p. 147. tit. Lud. Gomessius; & p. 216. edit Rothomag. 1672. 8v. Sed hæc ὡς εν παρόδῳ.

(36) Melch. Adami tamen in vita Wesselii Gansfortii p. XI. vit. Philos. edit. in fol. fatetur, se vitam illam hausisse ex Geldenhaurii Noviomagi L. I. de Viris illustribus interioris Germaniae, & Suffridi Petri Decad. 8. de scriptoribus Frisiae, cap. 4. Idem Adami l. c. p. 15. testa-

in *vitis suis Philos.* p. 25. seqq. edit. in fol. hanc ipsam Longolii vitam, quam adhuc Reg. Polo adscribere conatus sum, totidem fere verbis (37) exhibeat, & in fine eius, *ib. Fi-*
Tom. I. Fas. I. char-

restatur, Ioh. Murmelii vitam ex *Miræi Elog.* Belg. & Gerhardi Noviomagi Lib. II. de *Viris illustr.* infer. Germ. à se esse transsumtam. Ex eodem *Geldenhaurio*, sive Gerh. Noviomago loca quædam proferre video *Bælium* in *Dict. Crit.* in vita Io. Wesseli, not. A. & C. p. 2866. seqq. edit. recent. Qui tamen neque hic, neque in vita Rud. Agricolæ, Fichardi vitas, & ipsi forte huic *Polyhistori* ignotas, adduxit. Ceterum, alia forte occasione, de Wesselio & Agricola analecta quædam proferre licebit, addita pleniori, Fichardianæ vitarum collectionis, à doctissimo quodam eius possessore sine dubio benevolē impetranda, recensione.

(37) Nisi quod nonnulla, ubi auctor *vitæ de se* in prima persona scripsit, ab Adamo dubium, an à Fichardo, video paulum immutata esse. Cuius rei supra p. 111. §. 23. nota 25. (ita enim corrigendus illius notæ numerus) luculentum attuli exemplum. Sic etiam fol. 11.b. in vita Longolii, editis 1533. Paril. Epistolis & orat. eius præmissa, lego: „ à quo ille non unius “ aut alterius (ut eius verbis *VTAR*) suæ di- “
tionis urbium &c. „ Apud Adamum vero

p. 24.



chardum citet; (38) utrumque hinc manifesto patet, & à Fichardo vitam Longolii editam esse, & eandem non aliam esse ab illa, quæ Epistolis Longolii legitur præmissa. Denique vitæ huic Longolianæ non parvum pretium inde etiam accedit, quod doctissimus ille Anglus Guil. Batesius inter collectas à se & iunctim Londini 1681. 4. editas vitas selectorum aliquot viorum, qui doctrina, dignitate, aut pietate inclaruere, exhibere illam dignatus est, ubi à p. CCXL.

usque

p. 24. b. pro VTAR legitur VTAMVR. Porro fol. 14. b. auctor vitæ Polus scribit: Novi "IPSE multos, qui cum à patria absentes & "amicorum subsidio destituti, & reliqua; in vitis Adami p. 26. a. prima verba ita sunt immutata: FUERUNT MULTI.

(38) Melch. Adami vitarum eruditorum Germ. & Exter. historiam literariam, exactam sane, Tv ipse, VIR Celeb. dedisti in priore parte historiæ tuæ librorum accuratioris, vernaculo sermone editæ, n. V. p. 87.—119. Unde cum p. 94. sqq. De fide Adami historica, & de fontibus eius, ex quibus sua hauserit, multa docere observaveris, æquum est, ut credam, Tे rationibus bene subductis, in nota ad Ep. 4. L. I. Epp. P. Manut. p. 1024. edit. tuæ, (quem locum & ego supra §. 2. p. 63. adduxi) lcripsisse; „vitam Longolii Epistolis eius præmis-

“ sam,

usque ad p. CCXLIX procedit. (39) Ceterum et si saepius iam edita est hæc Longolii vita, Epistolis eius præfixa, & in Io Fichardi, Melch. Adami, & Guil. Batesii vitarum collectiōnibus occurrit; nolo tamen Te celare, VIR humanissime, magnam variarum annotationum farraginem à me aliud agente, esse congestam, ut illam vitam, sic satis

I 2 ob

sam, totam in librum suum transtulisse " Melch. Adamum, suppresso auctoris nomine. Enim vero cum Adami Fichardum in fine citet, in illa saltem editione, quam ego adhibui; videris Tv mihi, VIR clariss. alia usus esse Editione, in qua Fichardi nomen in fine omissum est. De editionibus vero M. Adami vitarum ipse egisti l. c. p. 91. seqq. Ceterum vitam Longolii Epistolis eius præf. etiam in Adami vitis Phil. p. seqq. inveniri, Cl. Burckhardum in præf. lit. b. 6. b. comm. de fat. Lat. Ling. in Germ. testari, iam me dicere memini, & extare eam in M. Adami vit. Phil. p. 21. seqq observavit quoque cel. Heumannus in nota 1. ad Elog. Christ. Longolii, in Sammarth. Elog. Gall. L. I. cap. III. qui tamen non addit, quod illa Epistolis Longolii etiam præmissa sit.

(39) Celeb. Struvius in introd. ad notitiam rei literariæ, cap. VII. §. VII. p. m. 319. seq. ilorum



ob elegantiam suam à doctissimis Viris aestimatam , passim illustrare , & non pauca alia , scitu forte non indigna necab instituto aliena , immiscere liceret . Vnde consilium tuum gravissimum expetere audeo , an e re sit rei literariæ , hanc ipsam vitam , qualicunque meo commentario auctam , seorsum aliquando in lucem proferri , ad eum forte modum , quo nuper VIR clar. Theod. Crusius , vitam Ge. Sabini , olim iam à Petro Albino editam , separatim cum luculento commentario edidit ; (40) etsi id mihi neutiquam sumere volo , ut me Crusianam eruditio-
nem

lorum virorum doctorum exhibit nomina , quorum vitas Batesius collegit , inter quæ & Christophori Longolii nomen deprehendo .
 (40) Lignicij 1724. 8. Dolendum est , huic eleganti libro deesse indicem doctissimarum observationum , quæ tum in ipsa vita , tum in commentario adiecto affatim se lectoribus offerunt . Obiter anno , possidere me orationem de GE. SABINÖ , hoc tit. Oratio de vita
 “ clarissimi & ornatissimi Viri , D. GEORGII
 “ SABINI Brandenburgens. habita in Academia
 “ Francoford. a Ioh. BOTTICHERO Rupinensi .
 “ Witebergæ excudebat Laurent. Schuenck ,
 Mense Januario 1562. 8. In ora paginæ , quæ
 titu-

nem in illo æquare posse, existimem. Quo in negotio mihi valde prodesse posset illud scriptum, cuius (41) hunc titulum legi in catalogo Bibliothecæ Amerbachianæ, Basileæ 1659. 4c. edito: *Christoph. Longolii de suis infortuniis, Epist. Biturig* 1533.

§. 27. Atque sic finem denique facio dissertationis iusto verbosioris, si adhuc unicum hoc, pace tua, VIR Celeberrime, addidero, in eo iam fuisse, ut colophonem dictis imponerem, cum ab amico quodam, ad quem, me nescio, excusæ iam huius Diss. philyræ nonnullæ forte pervenerunt, mihi, nihil tale opinanti, hæc schedula mitteretur:

Signor mio. Subito che ho ricevuto e letto l'ultimi fogli dalla sua --- scrittura, ero curioso, se questo libro di Christoforo Longolio sia nella nostra libraria, e quale editione, e ho trova-

I 3 to

titulum, quem integrum dedi, sifit, hæc manu EUSEBII MENII, qui gener fuit GE. SABINI, (vid. Crusius l. c. p. 31. 33. alibique) video adscripta, „Doctissimo D. Mgr. Iohanni Bentzinger amico suo Eusebius Menius ddt.“ Meminit eius orationis Crusius l. c.p. 26. & distinctius p. 193.

(41) Occurrit p. 65. inter libros in forma, quam vocant, duodecima & sedecima. Sed quid



to quella , che è stampata in Fiorenza per già
Eredi di Filippo Giunta , nell' An. M. D. XXIV. 4t.

Vix legeram hæc , cum magna me voluptate affici sentirem , hanc rarissimam orat. & Epist. Long. editionem , cuius notitiam à Cel. Burckhardo expectari posse , (§. I I . p. 8 I .) scripseram , in ipsa patria mea dulcissima reperiri. Imo maius gaudium exinde cepi , quod eadem olim possessorem habuit b. Avum meum maternum , post fata quoque venerandum , Henr. Sibæum de Lemgumer Closter , qui in fronte libri , his verbis , antiquam scripturam referentibus : *Liber Magistri Iohannis Schyringi Magdeburgensis Patricii* , proxime manu propria hæc subscrispsit : *Nunc vero Henr. Sibæi de Lemgumer Closter, Icti, Fris. Or. & Reip.*

Hall.

quid libri ille sit , num ab Epistolis Longolii differat , nec ne , mihi non constat , neque enim de eo unquam quicquam vel legi , vel audivi . Si tamen nonnulla memorabilia , quæ adhuc non cognita fuerunt , de Longolio contineat , eiusque itineribus , tum aliis de causis , tum Geographiæ studio , cui maxime deditus fuit , ab ipso in multa Europæ cultioris regna & provincias suscepis ; non mihi solum grata foret eius scripti copia , sed & forte Cl. Haubero , aut Anonymo illi in Nov. Lit. Lat. 1722 , p. 122. seqq.



Hall. Consiliarii. Post cuius beatum obitum
hereditatis iure transiit in Bibliothecam Ex-
cellentissimi Filii, Jo. Laur. à Lemgumer Clo-
ster, Avunculi & Patroni mei summopere ob-
servandi, qui eruditionem & gloriam pa-
ternam cummaxime refert, ac cum solida
Iurisprudentiæ cognitione historiarum, &
elegantiorum literarum reconditam scien-
tiam dudum coniunxit, & etiamnum, quo-
ad per munera, quibus de Reip. salute
præclare meretur, amplitudinem licet, li-
terarum publice etiam promovendarum cu-
ram illum habere, in præfatione doctissima,
variorum in Hug. Grotium de ver. Rel. Christ.
notis ac animadversionibus præmissa, nu-
perrimè ex merito & luculenter docuisse cl.
Kœcherum, patet ex iis, quæ in Sect. II. p. 17.
in nota subiecta, & in hac ipsa Diss. §. 25.
p. 124. sub fin. notæ (33) leguntur, hic verò
vel maxime repetenda duxi, quod in illa
ipsa præf. Kœcheriana, Ven. ipsius Parentis,
Henr. Sibæi, debita mentio iniiciatnr, quip-
pe cuius diligentia, Herm. Conringii in
Hugo Grot. de Ver. Rel. Christ. annotationes,
etsi totum librum non exhaustentes, post
Illustris paris Thomæorum Fratrum, simile ma-
nuscriptum, præter Kœcherum Viri docti

alii acceptas referunt. Eum enim in Acad. Helmst. convictorem, domesticum, & auditorem H. Conringii, cuius etiam popularis erat, olim fuisse, illasque annotationes ex ore huius Doctoris sui hausisse, ex laudata Kœcheri præf. liquet; servatque adhuc Iuris-Consultissimus eius Filius Msc. paternum, cuius inspiciendi & mihi facultatem bene-
vole dedit, quod cum in volumine aliorum b. Parentis sui manuscript. compactum sit,
sua id manu ante plures iam annos descriptis,
& hoc ipsum exemplum, (quod Hammio,
spectatæ laudis Bibliopolæ Helmst. per ami-
cum aliquando, ut typis exscriberetur, ob-
tulit,) clar. Kœchero, amico meo strenue co-
lendo, benevole nunc transmittendum cura-
vit, qui & illud cum Thomasiano MS. com-
paratum, inter similes aliorum labores egre-
gios optima fide in publicum produxit, vel, ut
verbis (42) Celeb. Virorum, qui Act. Erud de-
scribunt, utar, *Conringii nunquam editas in pri-*
mo. insipisci. obtemperare. et. mun.

(42) Vid. p. 88, Act. Erud. h. a. M. Febr. ubi Gro-
tius Kœcherianus accurate recensetur, quod
& ipsum fit in celeb. Coleri Ausserlesenen
Theologischen Biblioth. P. XXI. p. 849. quem
quidem locum iam supra p. 124. allegavi.

mum secundumque (Grot. de V.R.C.) libros
commentationes è latebris suis singulari felicita-
te erutas, exhibuit integras.

§. 28. Sed ur redeam , unde me pietas
erga tam chara mihi nomina , paulisper ab-
duxit ; ad editionem scil. Longolii orat. & Epp.
Florentinam , quam ex Henr. Sibæi , in Jo. Laur.
a Lemgumer Closter , Bibliothecam translatam
esse dixi , ex qua Nobil. huius Possessoris fi-
lius Fridericus Laurentius J. V.C. & elegantio-
rum studiorum ac mathematicar. præsertim
scientiarum in primis studiosus , eam mecum
humanissime communicavit ; omnino mihi
gratulor de coniectura mea , qua Parisien-
sem meam de A. 1533. ad Florentinam , mi-
hi cum nondum visam , accurate expressam
esse , supra §§. 10. --- 13. evincere studui.
En brevissimum eius recensionem.

Christophori Longolii orationes duæ pro defen-
sione in crimen leſe Maiestatis , longe exactio-
ri , quam ante iudicio perscriptæ , ac nunc
primum ex ipsius authoris sententia in lucem
editæ. Oratio una ad Luterianos. Eiusdem
Epistolarum libri quatuor. Epistolarum Bembi
& Sadoleti liber unus. Longolii vita per-
docte quidem atq; eleganter ab ipsius ami-
cissimo quodam exarata. Hie



Hic integer libri titulus est, additis insignibus typogr. Phil. Juntæ, in quorum media parte sola litera F. occurrit, in infima vero verba: NIL CANDIDIVS. (43) Forma est quarti ordinis; foliis constat 163. in quorum ultimo hæc lego: *Florentiae per Hæredes Philippi Iuntæ. Anno Domini, M. D. XXIII. Mensa Decembris. Clemente VII. Pont. Max.*

Titulum proxime (fol. 2.) excipit præfatio Bernhardi Iuntæ ad lectorem, de qua §§. 10. -- 13. egi. Illam sequitur (fol. 3. -- 8.) *Christophori Longolii vita*, illa ipsa, cuius Polium scriptorem esse, demonstrasse mihi videor; etsi præter adducta verba, & locum, de illa agentem, in præf. Iuntæ, quem & su-

(43)“ Lilium erat insigne Iuntarum typogr. cum
“ hoc aliquando leñate [NIL CANDIDIVS] sub-
“ scribebat nonnunquam Philippus[F. G.] lite-
“ tas initiales sui nominis[FILIPPUS GIUNTA]
“ F. pro PH. sive Φ, apud veteres frequenter u-
“ surpabatur. Lege Dausq. Orthogr. an. 1632.
“ p. 43. „ Ita scribit cel. Maittaire Ann. Ty-
“ photograph. Tom. II. p. 137. conf. Biblioth. Brem.
T. VI. p. 534. ubi Ven. Th. Hasæus; „ Notum
“ est, inquit, literam F. ut ph. vel Φ expri-
“ mi, neque a se differre, unde & in libris tan-
“ tum non omnibus, qui ante duo sæcula
“ exscripti typis sunt, loco F. legitur PH.



pra excerptis, atque ea, quæ in titulo de ista habentur, nihil hic deprehendo, quod auctorem prodere videatur. Longolii Orationes tres a fol. 9. usque ad 64. & Epistolarum eiusd. libri IV. à fol. 65. ad 153. procedunt, à quo usque ad fol. 163. seu finem voluminis, P. Bembi & Iac. Sadoleti Epistolarum liber decurrit. Plane ergo illi respondet editioni, quam in officina Ascensiana Parisiis A. 1533. 8v. proculsam, & ipse possideo, & supra fideliter descripsi.

§. 29. Atque sic dimitto TE tandem, VIR Celeberrime, & humanitati tuæ insigni audaciam meam eadem ratione, qua in fronte huius dissert. epist. usus sum, subiicio; ac si extra oleas, quod dicitur, interdum me vagatum esse, videoas, (neque enim, digressiones me haud raro fecisse, inficiar;) eius rei facilem à TE mihi promitto veniam, qui optime nosti, in eo & argumenti, & dicendi genere haec tenus me fuisse versatum, quod oportunas excursiones minime respuit. Unde meas iisdem verbis apud TE, in fine huius epistolæ verbosissimæ, excusare liceat, quibus suas olim, cuidam epistolæ (cuius tamen argumentum eruditissime perscriptum, meam tractandi rationem infinitis modis supe-


superat,) insertas, apud Illustr. Mæcenatem, Comitem de Pontchartrain, Secretarium Statutum Regium in Gallia, ad quem illam ex oriente exaraverat, defendisse lego Cel. Tournefortium : (44) Voilà, inquit, une de ces sortes de digressions, qu'il n'est permis de faire, que dans des lettres ; le genre épistolaire souffre tout, & il convient parfaitement aux voyageurs, qui ne sauroient s'empêcher de s'égarer quelquefois dans une longue route. Ad extremum, ut Analecta mea qualiacunque, de vita, meritis & scriptis Mart. Hankii, Præceptoris olim tui,

post

(44) In Relatione sua de Itinere in Orientem suscepto, Gallico sermone edita, Tom. II do, Epist. XVIII. p. 126. a. Edit. Amstel. 4t. maj. II. Tomis. Alia huius libri peregregii editio, Lugduni 1717. 8v. publicata, recensetur in Act. Erud. Lips. Lat. 1719. p. 195. sqq. Obiter observo, (nam & hæc digressio, mantissa loco addita, eandem sibi veniam expetit,) in paulo anteced. Tournef. Epist. XVII. T. II. p. 91. a. elegantissimum extare locum, forte non ingratum futurum, nisi notus iam sit, Duum viris illis doctissimis, qui de studio Geographico optime mereri cœperunt, qui busque iam supra §. 26. not. 41. p. 134. Longolii in Geographiam merita solicitius excutienda, tacite commendare ausus sum.

post fata quoque ipsius, TIBI, quod scio, charissimi, quæ ante hos quinque annos, nescio qua, laudabili certe, erga illum virum doctissimum, ac, dum viveret, de re tum literaria generatim, tum sigillatim scholastica, immortaliter promeritum, yeneratione impulsus, (neque enim mihi quicquam de Viri longe celeb. *Gottlob Krantzii* præclaro monumento *Hankiano* tum adhuc constabat,) in chartam conieci, boni, quæso, æquique consulas, & apud eundem virum humanissimum, ac *Godofr. Hankium*, Fil. genuinum illum hæredem paternarum virtutum, instituti mei caussam benevole agas, est, quod enixe abs TE contendo. Occasionem eius rei facile TIBI approbari patieris. Neque enim fieri potest, ut eorum conatus non probes, qui tecum Hankii tui virtutes colunt. Enim vero cum in Diff. hac conscribenda, iterum, iterumq; annotationes tuas in Epist. P. Manutii libros tres priores, consulere necessum habuerim, ex quibus ansam quoque ad illam conscribendam me arripuisse, ab initio statim fassus sum; factum est, ut inciderem in notam tuam ad Lib. II. Epist. IX. p. 1085. in qua bis mentionem inieceras Mart. Hankii, quemque Virum celeberrimum & Præceptorum

ptorem quondam tuum nunquam sine laude commemorandum, ibi vocas, unde in mentem mihi venit eorum, quæ ego olim de Viro illo eruditissimo in privatum usum collegi. Vale, VIR doctissime, gloriaque tua dignissime, ac favorem benevolentiamque tuam mihi semper integrum conservare, atque me minus recte hic sentientem meliora docere, ned dignare. Scrib. Halæ in Svevia, exeunte M. Martio, A. Ch. M. DCC. XXVII.



VII.

Brevis & succincta commentatio de vita me-
ritis & scriptis

MARTINI HANKII,

Rect. Gymn. Elif. Vratislav. olim celeberrimi,
ex Observationibus variorum Virorum eruditorum, hinc inde dispersis, collecta &
in hunc ordinem redacta.

Quæ Analectorum vicem ad Monumentum,
M. Hankio, à dignissimo eius Successore Gott-
lob Krantzio erectum, obtinere potest.

AD LECTOREM.

Martinus Hankius, Anno huius Seculi nono
VIII. Cal. Maii. rebus humanis exemptus
est,



est, eodemque anno Cel. Gottlob Krantzius insigne monumentum ipsi erexit, quo vitam & merita eius egregie enarravit. Ex eo Elogium Hankii iam A. 1709. p. 331. seqq. in Act. Erud. inseruisse, ipsi patentur Celeberrimi illorum Collectores, p. 287. A. 1718. quo ipso in loco etiam docent, laudatum Hankii monumentum Krantzianum exhiberi quoque inter ipsius Mart. Hankii monumenta pie defunctis olim erecta, & à doctissimo Auctoris filio, Gotofredo Hankio, in unum volumen collecta; editaque Uratislavie & Lipsiae 1718. 4. quorum recensio extat in Act. Erud. loco paulo ante citato. Hinc merito actum agere videri possem, quando levem hanc commentationem in publicum audeo protrudere. Sed uti institutum meum, in fine proxime præcedentis Diss. Cel. Krausio exposui, ita eruditissimi Stollii consilium, quod suppeditat in præf. Hist. Erud. in auctiore editione, etiam quoad tenuem hanc operam, secuturus, breviter occasionem indicabo, quæ me ad scribendam hanc commentationem impulit. Quinque iam effluxerunt anni, cum Altorfii Noricorum, in qua florentissima eruditionis sede literarum tunc studiis operam dedi, quod & oratio illa, quæ Sect. V. exhibita fuit, testatur, volumen quoddam variarum Diss. Acad. in manus meas incideret, inter quas erat una de Simulatione & Dissimu-

Dissimulatione, Jenæ, 1656. Peſſide M. Mart.
Hankio nostro habita. Quam cum cupide per-
lustrarem, memor eorum, quæ ab ipso Hankio
in charactere animi sui, poſtea exarato, qui in
Pinacothecæ Lipsiensis P. XXXI. p. 493. sq. extat,
de ſe his ipsis verbis scripta, diu ante legi. „ Oc-
cultandis, inquit de ſe ipſo, aptiſſimus, quoties
„ occaſio requirebat, folerter invenire poterat mo-
„ dos, quibus & vera diſſimularet, neque falſa pro-
„ ferret: Occaſio mihi hinc ſubnata eſt, nonnulla
colligendi, quæ ad vitam Hankii uberius per-
noscendam, pertinerent. Sed nescio quomodo,
infelici certe fato, nihil de Krantziano monu-
mento, ne fando quidem perceperam, licet in ea,
quæ de Hankio memoria prodita eſſent, ſtudioſe
inquirerem. Inde originem traxit, poſtquam
ipſe, cupiditati meæ & amori in merita Han-
kiana ſingulari ſatisfactus, quædam conſcribere
cæpi, praesens qualisunque commentatio, ſcripta
(veriſſima loquor,) diu ante, quam de Krantzii
præclara hic præſita opera aliquid reſiſcerent.
Quid? quod nec iſum Elogium Hankii, quod
Acta Erud. ſiſtunt, tum notum mihi erat. Ne-
que vero paenituit me poſtea huius operæ, cum
mirum fere ubique conſenſum deprehendi inter
ea, quæ ipſe collegi, privatum in ujum, & illa,
quaedeinceps ab aliis luculenter de Hankio expoſi-
ta

ta reperiri. Cumque insuper nonnulla congesta
à me videam, quæ alibi non leguntur, locum autem
hic non incongruum invenire posse videntur: vi-
sum hinc est mihi, ea sub Analectorum nomine,
ad monumentum Hankii Krantzianum, (quod pri-
mas hic utique tenet, adeoque semel pro semper
ad illud provocare lubet) pace quidem Virorum
Celeberrimorum, ad quos ea res cum primis per-
tinet, in hoc fasciculo exhibere, et si nec ipsum
titulum omittendum duxi, quem qualicunque
huic opere primum indidi; ceterum benevoli le-
ctoris humanitatis quicquid huius est, modeste
commendo, magnopere eum rogans, ut nihil
aliud de me habeat persuasum, quam me publicum
hic meæ, quam à pluribus annis erga insignia
Mart. Hankii merita fovi, & adhuc foreo, ve-
nerationis documentum exhibere voluisse.

§. I.

MARTINVS HANKIVS, Vir doctissi-
mus, & passim in scriptis doctissi-
morum Virorum laudatus ac celebratus, lu-
cem adspexit Anno 1633. XV. Cal. Mart.
Bornæ, loco haud procul à Vratislavia distan-
te; Patrem habuit Johannem Hankium, Bor-
nenium tum Pastorem, inde autem Vratisla-

Tomi I. Fasc. I.

K

viæ



viæ ad D. Barbaram (a) Ecclesiastem; Matrem Agnetam Pittichiam, Martini Pittichii, Fulsteinensium in Ducatu Carnoviensi Pastoris filiam, matronam virtutibus sequiorem sexum decentibus ornatissimam.

vid. Elog. Mart. Hankii in Act. Erud. 1709.

M. Jul. p. 331. conf. tamen vitam Ge. Frantzkii per Cl. Ackerum cap. IX. p. 69. & 71. Subscriptio Dedic. Hankiani lib. de Rom. Rer. Script. Nov. Lit. Hamb. 1709. p. 373.

Pater cum studiis filium consecrasset, eum Vratislaviam misit, ubi literarum humaniorum fundamenta iecit, breve deinceps in bonarum artium studiis tantos fecit progressus, ut Jenam, ad ulteriorem ingenii cultum capessendum, a Patre alegaretur. Hoc ipso in loco philosophicis primo, mox Theologicis studiis operam navabat felicissimam. (b)

vid.

(a) M. Iohannis Hannke, Ecclesiastis Vratislaviensis, carmen in obitum Ge. Frantzkii legitur in huius vita ab Ackero edita, Cap. XI. p. 84. 85. Huic ipsi quoque Parenti suo librum de Romanarum rerum Scriptoribus dedicatus erat noster, si fata eo usque illum superstitem servassent. *vid. Dedicatio illi libro ab Hanckio nostro præmissa.*

(b) Professores quorum opera Vratislaviæ & Jenæ usus est, recens. in *Act. Er. 1709. p. 332.*



vid. Part. I. Bibl. Novæ Halens. pag. 82. Lex.
Erud. quod cum præf. Ill. Menckenii prod. ibi-
que citati Scriptores. Elog. in Act. Erud. l.c.
p. 332. Hankius Dedic. Lib. de Rom. Rer. Script.

§. 2. Quo anno Jenam adierit, adhuc
mihi non constat. Observandum tamen ibi
Anno 1654. M. Oct. sub præsidio M. Johannis
Hankii (c) Silesii, disputationem Logicam
de Prædicatione essentiali & accidentalis,
defendisse Jacobum Helmannum, Polonum;
nostrumque *Martinum Hankium* Respon-
denti, quem amicum & Contubernalem con-
iunctissimum in subscriptione vocat, elegan-
tes hos versus ingenii felicissimi indices, gra-
tulationis caussa adiecissem, qui inter com-
plura alia Carmina gratulatoria, a Studiosis
Helmanno oblata, ultimum locum occu-

K 2 pante

(c) Hic. Ioh. fuit Frater nostri Martini; ordin.
Philos. Jen. Adiunctus, postea Waldebur-
gensium in Dynastia Schœneburgensi Pastor
ac Superintendens, vid. Elog. Hankii in Act.
Erud. p. 332. vid. porro de eo Act. Er. 1708.
April. p. 184. Io. Hannke Superint. Walden-
burgensis epicedium in Ge Frantzkius, legi-
tur in vita Frantzkiil. c. p. 85. Quem ipsu[m]
Frantzkius Hankius affinem optimum &
Patronum suum appellat, in præf. Lib. de
Rom.



pant, ex quibus forte colligi potest, Hankium tum temporis Jenæ non admodum diu vixisse, ex quo Vratislavia eo pervenit. Versus vero iuvat ipsos huc transcribere, quippe ex quibus patet, eum honorem Poëtae Laureati Cæsarei non indigne postea natum esse.

Edere virtutis specimen, Helmanne, videris,

Dum sectanda Tibi semper honesta putas.

Edere doctrinæ specimen, Helmanne videris,

E cathedra bene dum differis atque doces.

Illud Te probat esse bonum, pars maxima nostri

Pectoris; hoc Logicum Te probet esse bonum.

In subscriptione Mart. Hannkius sicut & Frater eius in titulo Diff. per duplex n. nomen suum expressit, quod deinde per simplex scripsit.

§. 3. Quantam diligentiam in variis studiis, per hoc ipsum spatum, quo Jenæ commoratus est, adhibuerit, quantamque inde doctrinam sibi paraverit, id documento esse potest, quod intra annum 1654. & 1656, summos in Philosophia honores adeptus sit, atque Laurea Poëtarum condecoratus fuerit.

Quo

Rom. Rer. Scriptor. cuique A. 1659. d. 15. Jan.
mortuo parentavit; vid. orationes Hankii n. I.
p. 1. — 58. Ackerus in vita Frantzki p. 7. 10.
sqq. 44. 47. 51. 64. 73. Act. Erud. l. c. p. 332



Quo præcise anno hæc illius eruditioni
ornamenta collata sint, hucusque non re-
perire licuit, saltem ante annum 1654. ista
ei non obtigisse, ex modo citata M. Joh.
Hankii Diss. & versibus ab ipso adiectis con-
iicio, quorum quippe subscriptio neque
characterem honoris Philos. qui per M. indi-
cari solet, adjectum habet, sed solum nomen
MART. HANKE Silesius, refert; neque Literas
P. L. C. alias tamen semper addi solitas.
Præterea, id quod & paullo ante iam mo-
nui, illius carmen gratul. ultimum omnium
occurrit, quod inter prima poni debuisset,
& Carmini alias Magistri Martersteckii, Go-
thani, vel subiungi vel præponi, si quidem
noster *Hankius* eo tempore iis honoribus
Academicis ornatus fuisse, conf. infra §. 16.
in fine.

Vid. *Dissert. num. 2. allegata*, & *carmina*
in fine adiecta.

§. 4. Anno 1656. vero, M. Decembr. no-
strum iam iam Magistrum & Poetam Cæsa-
reum fuisse, ex quadam eius doctissima Di-
putatione, quam præliminarem vocat, de
Simulatione & Dissimulatione, quam d. 3.
Dec. sub eius præsidio, in Acad. Salana, dicto
anno 1656. defendit Matthias Mullerus, Wer-

teria-Westphalus, liquido apparet. In ea si quidem expressa hæc verba leguntur: Præside M. MARTINO HANNKIO, POETA CÆSAR. Agemus de ea infra, quando de charactere animi eius, ipsiusque scriptis nonnulla commentabimur. Nunc id saltem indicamus, ex ea eruditionem ipsius, quam in flore ætatis iam sibi acquisivit, satis elucere, illamque ætatis anno vigesimo tertio ab ipso fuisse conscriptam.

*Legatur ipsa Dissert. de Simul & Dissimulat. Jenæ hab. 1656. conf. Act. Er. 1709.
p. 332.*

§. 5. His aliisque eruditionis specimini-
bus, quis olim esset futurus, satis indicavit,
quæ, tantum abfuit, ut in obscuro Hankium
latere paterentur, ut ab illo tempore Genero-
si Equitis Gedeonis Wangenheimii studiis &
vitæ moderandæ præficeretur; deinde à Sere-
nissimo Duce Gothano, ERNESTO PIO,
ad Physicam, Ethicam, Politicam Historiam-
que docendam, Gotham evocaretur.

*vid. Præf. Hankii de Rom. Rer. script. Elog.
Hankii in Act. Er. 1709. p. 332. & Lexic.
Erud. cura Ill. Menckenii. Lex. Hist. in App.*

§. 6. Hoc in munere tantam adhibuit
dexteritatem, ut fama ipsius non intra eius
urbis

urbis terminum se contineret, sed aliarum etiam civitatum viri erudit virtutem ipsius admirarentur. Siquidem Vratislavienses ipsi hunc suum Civem & olim Scholæ suæ alumnum expetebant, atque veluti iure quodam nunc doctrinæ, cuius apud se fundamenta iecisset, fructus & quasi usuram repetebant. Hinc evocabant eum An. 1681. Gotha Vratislaviam, eique munus Professoris Philosophiæ Practicæ, Historiarum & Eloquentiæ demandabant, quo peregregie defunctus, An. 1670. Bibliothecæ Elisabethanæ curam habere iubebatur, cuius ipsius Gymnasii Pro-Rector An. 1681. constitutus, tandem A. 1688. Rectoris, Scholarumque Evangelicarum Inspectoris Provinciam est adeptus, quibus muneribus summo studio, dexteritate, magnaque sui nominis fama & celebritate, usque ad beatum suum obitum, præfuit.

vid. Dedic. & Præf. Hankii de Rom. Rer. script.

Act. Er. 1709. p. 332. & ex eo Lex. Hist. Basil. Lex. Erud. Germ. Corrige ergo nonnulla in P. I. p. 82. 83. Nov. Bibl. Halens.

§. 7. Ita cum ætate gravis, doctrina famaque clarus ubique esset, postquam quinquaginta annis scholarum usibus inserviisset,

tandem An. 1709. VIII. Cal. Maii, ætat. 76.
fato suo est perfunctus, Vratislaviae. Vxorem
habuit Theodoram, Fechneriana stirpe ortam,
cum qua præter duas filias, totidem filios ge-
nuit, quorum alter Godofredus, Theologus &
Vir celeberrimus, ni proflus fallor, adhuc est in
vivis. Conf. Act. Er. 1718. p. 287. Eum quoque
in his Analectis præfatus sum. Ceterum in
locum nostri Hankii successit Vir doctissimus
Gottlob Krantzius, qui hodiernum ei muneri
dignissime præest. Conf. infra §. 26. fin.

Vid. P. I. Bibl. Nov. Hal. p. 83 & Illust. & führ. Ber-
richt von Neuen Büchern; P. VII. p. 737. quo-
utroque tamen in loco minus recte d. VIII. Maii,
ætat. 77. mortuus esse dicitur. P. XXI. Novi libro-
rum Atrii pag. 654. P. LI. p. 232. Elog. Han-
kii in Act. Erud. 1709. p. 334. Ludov. T. I.
p. 843. Hist. Univ.

§. 8. Restat, ut pauca subiungamus de do-
ctrina, famaque B. Viri, quæ tanta fuit,
quanta vel doctissimis unquam hominibus
potuit obtingere. Excelluit potissimum in
re literaria, quam ita habuit cognitam per-
spectamque, ut eius nomen in Aula quoque
Imperatoris Augustissimi LEOPOLDI
gloriosissimæ memoriae, celebraretur. In-
de enim factum est, id quod paucissimis
usu

usu venit, ut ob exquisitam suam librorum
omnis generis notitiam, ab hoc litera-
rum amantissimo IMPERATORE Vien-
nam arcesseretur, ut in celebratissima,
quæ parem fere non habet, Bibliotheca Au-
gusta, nonnullos scriptores, pro sua egre-
gia accuratione & peritia, in ordinem con-
cinnum disponeret, qua opera feliciter per-
acta Divus LEOPOLDVS ipsi non so-
lum gratiam suam clementissime confirma-
vit, verum & Augustæ Munificentia dono,
catena scilicet aurea, atque in insignem lon-
gitudinem extensa, gratiosissime eum orna-
tum, ab se dimitteret.

Vid. P.I Bibl. Nov. Hal. p. 83. Erudit. Lex.

Germ. Ludovici Hist. univers. T. I. p. 843.

Lex. Hist. Bas. Aet. Er. 1709. p. 333.

§. 9. Huic clarissimo doctrinæ ipsius testi-
monio, alia innumera accedunt, quæ sin-
gula hic recensere non vacat. Testantur
de ea redactissima eius scripta, omnem certe
ætatem latura, quorum recensionem mox
exhibere animus est, modo prius pauca de
reliquis nonnullis, quæ ad vitam eius per-
tinent, circumstantiis dicamus, quæ potissi-
mum ingenio eius animoque cognoscendo
inserviunt, qua occasione licebit simul non-

K 5 nulla

nulla afferre, in quibus luculenta Hankianæ eruditionis subsidiorumque, quibus in studiis suis est usus, documenta animadveritas.

*Conf. ea quæ in fine paginæ 492. P. XXXI.
novi Libr. Atrii leguntur.*

§. 10. Nimirum, quod ad characterem Animi eius attinet, descripsit eum ipse Hankius, ex qua descriptione tum corporis simul, tum animi præcipue, ingeniique eius, habitus aperte cognoscitur. Juvabit tamen nonnulla paullo altius repetere, & qua occasione illam ipsam descriptionem collectores Novi Librorum Atrii acceperint, indicare. Sciendum igitur est, Christianum Rungium, Collegam Gymn. Magdalenei, quod Vratislaviæ floret, meritissimum, An. 1712. Miscellanea literaria de quibusdam ineditis Historiæ Silesiacæ Scriptoribus, Olsnæ in 4t. publicasse. In iis inter alia agit de Rhonii Epistolis historicis de Scriptoribus ineditis, qui auctor in Epistola tertia de Franc. Fabri Silesia, sive Sabotho, Carmine Latino celebratissimo, differit. (Vid. *Primitias Silesiacas*) Hinc cum Novi Librorum Atrii Collectores P. XXXI. p. 652. sqq. Rungii Miscellanea recenserent, placuit ipsis simul Carminis

nis illius mentionem iniicere, quod ab his pro inedito, ab aliis pro typis iam expresso venditaretur, cuius diversæ opinionis caussa partim insigni exemplaris raritati, partim Dn. Martino Hankio, historiæ patriæ peritissimo esset adscribenda: Hunc enim equidem, aiunt, indicare dictum Carmen An. 1592. Basileæ prodiisse, sed Itinerarii Reusneriani, cui subiunctum id esset, ne minimam (idque dubio procul data opera) mentionem facere. Subiiciunt deinde Collectorores notam quandam, in qua obseruant, ex eo illustre exemplum genii sive indolis *Hankii*, quem longe doctissimum Virum ibi appellant, capi posse, quippe qui ex propria ipsius confessione, consueverit vera dissimulare, & vera tamen loqui; ipsos postea exemplum Carminis, quod ipse *Hankius* possederit, saepius in manibus habuisse. Addunt porro Reusneri Itinerarium An. 1592. 8. Basil. per Conradum Waldkirch, typis esse expressum, cui in fine subiunctum esset, Ἀποσπασμάτιον operis Academici seu Hodoeporici, de variis variorum Auctorum peregrinationibus totius orbis. Auctuarium nempe Henr. Porsii JC. Iter Byzantium, Nathan Chytræi Iter Dan-



156 VII. Analecta de vita, meritis & scriptis
Dantiscanū, & Franc. Fabri, Sabothus sive Silesia &c. Titulum vero Fabri hunc esse: Franc. Fabri, Viri Poetæ optimi, Reipubl. Vratislavensium quondam scribæ, Sabothus sive Silesia; Dn. Hankium primo illius folio sequens Henelii Distichon adscriptississe.

*Nil opus elogio: lectus cuicunque Sabothus,
Ingenium ille Fabri noverit & Genium.*

In fine opusculi comparere hæc verba: Explicit opus IX. Annorum; tandemque subiectam esse explicationem fluviorum Silesiacorum, quorum in Carmine ipso fieret mentio, quorum tamen nonnullos, ex. gr. Cirnum, Sigistam, Lomicum &c. incertos esse, scribunt, ad ultimum vero eorum adscriptississe Hankium: die Lomnitz ad Habelsw. in comitatu Glacensi. Denique paucis adhuc in eadem nota monent collectores, amicum aliquem & Fautorem Lipsiensem, eandem Itinerarii & Sabothi Editionem, nuper exiguo pretio in auctione publica sibi comparasse, eamq; omnibus, quibus illam cognoscere volupe esset, & ostendere, & comunicare cum iis, animo promptissimo, solere.

*vid. P. XXI. Novi Libr. Atrii, p. 658. 659.
Primitie Silesiaca sine Franc. Fabri vulgo
Kœckritz, Sabothus & Silesia, libellus diu
pro*



pro inedito habitus, à multis desideratus, &
sæpius descriptus, cui præmittitur Joh.
Fechneri programma eiusd. argum. Ex codi-
ce MSto cum impresso exemplari diligen-
ter collato excerptis & usui publico restituit
Q. A. T. A. V. A. Lipsia 1715. 8. p. 7. nota
conf. infra n. 21. Struvius in Bibl. Hist. Cap.
XIX. §. XI. p. 528.

§. 11. Prolixius paullo hæc inde adduximus,
nec tamen sine cauſa, cum ad ea illustran-
da, quæ statim subiicientur, maxime faciant.
Nam postea, quam laudati sæpe collectores
ea de Hankii indole observassent, contigit,
ut aliquo tempore post, nonnemo, recto no-
mine, literas ad illos exararet, in quibus de
illo ipso loco sententiam suam ipsis exponit,
putatque, fieri facile posse, ut nonnulli, mi-
nus illi quidem bene affecti, sibi persuade-
ant, ea, quæ de Hankii more allata essent, in
obtrectationem eius fortassis scripta fuisse;
eaque de cauſa ille amicus characterem a-
nimi Hankiani, ab ipso Hankio descriptum,
cum illis communicavit; quem cum dicti
collectores Atrio suo inserendum esse, exi-
stimarent, simul lectores omnes admonent,
ne sibi talia imputare præsumant, qui du-
dum merita & profundam Hankii eruditio-
nem

nem aestimare didicerint, utpote qui totius eruditiorum orbis plausum & admirationem promoverit. Imo, addunt, se ipsos existimare, nulli eruditorum incumbere necessitatem, peculiares observationes rerumq; notitiam, multo saepe studio partam, cum singulis statim communicandi, aperiendique, eamque ob causam nemini facile obtrectandum esse. Interim sibi maximopere gratum accidisse, praedicant, quod hac ipsa occasione charactere Hankiano potiti essent, qui adhuc maximo studio à compluribus, sed necquamquam, fuisset quæsitus; seque sperare, lectores, ob communicationem huius tam raræ & egregiæ descriptionis, non paruam ipsis gratiam habituros esse.

vid. p. XXXI Novi Libror. Atrii, p. 492. 493.

§. 12. Hanc ipsam ergo descriptionem p. 493. sq. loc cit. collectores exhibent, quam hoc transferre integrum, non pigebit:

MARTINI HANKII character Animi sui:

Erat corpore modico, seu longitudinem, seu crassitudinem spectes: facie subpallida, severitatis humanitatisque parem exhibente mixtrum, nisi cum inusitator affectuum vel lenitas, vel asperitas redderet uniformem: vigore studiis congruente, qui, cum graciles membrorum

vires



vires caderent, intra mentem stabat, dotibus
animi nec eminentibus, neque succumbentibus:
ingenio primis annis debili, sed tamen ad etatis
progressum semper magis erecto: cui tarditatem
aufferebat sedulitas, soliditatem addebat subtili-
tas. Memoria pollebat in capiendis, retinendis,
reddendisque communem in modum prompta:
quam praemeditatio promptiore, hilaritas, ira,
cupiditas promptissimam efficiebat. Iudicio gau-
debat penetrabili, sed minus expedito; cum in
utramque partem rationes, quantum satis, pon-
derasset, stabili certoque: Circa difficillimas, nisi
quas evidenter perspexerat, nunquam extempo-
rati. Quamobrem veritate, non tantum mode-
stia, compulsus, se Virum mediocrem, ut agno-
scebat, sic profitebatur: quem intra mediocrita-
tem natura collocaverat, supra mediocritatem
industria nonnihil evexerat. Ingenuæ simili-
tatis, naturalisque libertatis amator vehe-
mentissimus, affectatores honoris inanis fastidie-
bat, civilis servitutis autores detestabatur. Oc-
cultandis aptissimus, quoties occasio requirebat,
solerter invenire poterat modos, quibus est vera
dissimularet, neque falsa proferret. Tenacissimus
propositi, laboris patientissimus, quicquid suscep-
rat semel, non impedimentis nisi gravissimis ad-
actus, deponebat. Irritabilis, sed rarius in aper-

to, facileque placabilis, quantam in omnibus poterat temperantiam, inter nimium & parum sitam, observabat. Ceterum hoc semper intendere visus est, ut sibi conservaret in Republica certum Viri boni characterem, in conscientia perpetuum Christiani boni solatum.

vid. P. XXXI. *Novi Libr. Atrii*, pag. 493. 494.

§. 13. Quin genuinus hic sit character & ab ipso Hankio descriptus dubitari vix debet. Videtur is eum aetate iam multum proiecta conscripsisse, nec obstat, quod in tertia persona loquatur, quandoquidem posteris sui animi iconem ita describere forte voluit. Neque vero stilus, concinnus maxime, aliis est, quam quem in ceteris suis scriptis, adhibuit, congruitque is mire cum ea dicendi ratione, qua Diss. de Simulatione & Dissimulatione, argumento cognato, conscripsit, quae ipsa dissertatio satis confirmare videtur ea, quae in charactere suo, de sua occultandi & dissimulandi arte ac solertia, exposuit, neque dubium est, illum, iuvenem adhuc, simulandi dissimulandi que artem probe calluisse, salvo tamen recti moris, virtutumque bonos decentium studio, indeque aptum maxime fuisse, ut Dissertationem dictam, vel propriâ experientia, exem-



exempla subministrante, in iuventute iam, nec indocte, conscribere valeret. Alias, si totam vitæ studiorumque ipsius rationem inspicias, & in quibus potissimum eruditio nis partibus, excelluerit, consideres, collatis insuper iis, quæ doctiores Viri de ingeniorum indole docent, quæque naturalium donorum requisita in singulis studiorum generibus postulant, liquido cognoscas, characterem hunc animi sui, & facultatum naturalium conditionem, eaque, quæ de corporis habitu & constitutione ibi habentur, ipsius doctrinæ, illisque literarum, in quibus egregii, quid præsticit, partibus, quam maxime respondere; neque adeo de authentia eius dubitandum esse.

Legatur character P. XXXI. N. L. Atri p. 493. 494. insertus, & conf. ea, quæ §. 6. & 8. de doctrina eius diximus.

§. 14. Quanta denique existimatio viri huius apud omnes doctos fuerit, facile possemus demonstrare, modo insignem elo giorum, quibus eum passim mactarunt, cumulum heic coacervare, animus esset, ex quibus tantum aliqua, eaque brevissima, hic recensebimus, dum plura infra occur rent, quando de scriptis eius commentabimur, &

Tom. I. Fasc. I.

L

iudi-



iudicia Eruditorum subiiciemus. Ita Cl. Ludovici eum vocat præstantissimum & celeberrimum Gymnasii Elii Vratisl. Rectorem, eique insignem librorum notitiam attribuit. Auctores Lexici Eruditorum illum elogio hoc ornant, quod fuerit Vir præcipue in Historia literaria versatissimus, exquisitæque in ea lectionis. Porro Collectores novi librorum Atrii, illi profundam eruditionem adscribunt, fatenturque, & se maxima hunc Virum Clarissimum veneratione prosequi, & universam Rempublicam literariam hunc ei honorem conferre debere; id quod supra iam indicavimus.

*vid. Ludovici Hist. univers. pag. 843. T. I.
Novum librorum Atrium P. XXXI. p. 492.
conf. supra §. 11. Act. Erud. 1703. p. 536.
seqq. 1705. p. 257. seqq. 1709. p. 331. seqq.
Fabr. Bibl. Gr. vol. VI. p. 767. sq.*

§. 15. Plura cumulare neque libet, nec vacat, cum vix nomen Hankii sine addito elogio a doctis allegetur. Properamus potius ad recensionem egregiorum ingenii eius monumentorum, quotquot scilicet hucusque nobis innotuerunt, in quibus enumerandis & recensendis ita versabimur, ut præter editiones, & generalia Librorum Hankianorum,

con-



contenta, iudicia etiam doctiorum de singulis subiungamus, ubi quidem ea reperi licuit, indicatis fideliter locis, unde illa deprompsimus; & si qua sunt alia, quæ ad illustrationem eorum pertinent, ea simul observabimus. Scriptorum igitur Mart. Hankii potiora, ordine, quoad titulos, recensentur in Act. Erud. An. 1709. p. 332. sq. & in Nova Bibliotheca Halensi P. I. pag. 83. aliqua etiam postea demum iunctim lucem adspexere, & mortuo iam Hankio ex Sche dis eius publicata esse nonnulla, puto. De singulis, quantum satis, observare, & quoad per argumentorum connexionem licet, secundum annorum seriem monimenta ingenii, quæ Vir doctissimus cum erudito orbe communicavit, describere, est animus.

*Conf. Lexicon Erud. cum Pref. Ill. Menckensis.
Lexica Historica Lipsiensis & Basileensis.*

I.

§. 16. Disputatio, ut vocat, Præliminaris de Simulatione & Dissimulatione,
Præside M. Mart. Hannkio, Poeta
Cæsareo, ad d. III. Dec 1656. Jenæ ha-

164 VII. *Analecta de vita, meritis & scriptis
bita, Respondente Matthia Mülle-
ro, Wertera- Westphalo. 4to.*

In proœmio scribit, sibi propositum esse, rationem aliquid occultandi, quæ nomine Simulationis vel Dissimulationis venire soleat, in scenam producere, hac lege, hoc ordine, ut tum naturam Simulationis Dissimulationisque investiget, tum etiam, quibus limitibus & cancellis hic celandi modus, ne terminos honestatis transfiliat, circumscribendus sit, ac includendus. Quæ materiæ huic confinia sunt, forte alia occasio-
ne, si Devs vires dederit non minus ac vi-
tam, sepe pertexere velle. Atque hoc etiam modo ratio tituli, quod Disp. præliminarem vocat, facile constabit.

Caput primum, idemque ultimum, quod de natura Simulationis & Dissimulationis agit, absolvitur duabus Sectionibus, quarum altera in genere de iis præcipit, quæ ad me- liorem, in Simulationis Dissimulationisque notitiam pervenienti, rationem pertinent, constatque §§. sex; altera, quæ 28. §§. ha-
bet, in specie de signis agit, quibus aliquid significari potest.

Quantum ipse Hankius in hac arte value-
rit,



erit, satis arguit, præter supra commemora-
ta, docte elaborata hæc Diss. quæ simul diffu-
sam eius in omni Scriptorum genere lectio-
nem satis prodit, docetque eum veteres præ-
cipue Scriptores diligenter evolvisse, ex qui-
bus multa eo pertientia affert. Ceterum Re-
spondenti suo doctum Carmen gratulato-
rium, idque breve, subiecit, in quo se sub-
scribit hoc modo: *M. Martinus Hannkius,*
Silesius.

Sine dubio plures de hoc ipso argumen-
to Dissertationes, id quod in proœmio pro-
misit, habuit, aliasque Disputationes Aca-
demicas vel ipse conscripsit, vel sub præsidio
aliorum defendit; sed præter hanc, quam
adduxi, nulla adhuc alia potitus sum. (*)

II.

§. 17. De Romanarum Rerum Scri-
ptoribus, Lib. I. Lipsiæ 1669. 4. Lib. II.
ibid 1674. 4.

De hoc libro *Morhofius T. I. Cap. XIX. p. 227.*
Polyb. iam olim ibi illi iudicavit: *Martinus*

L 3

Han-

(*) Debonitate tamen & malitia morali Hankium
nostrum Jenæ publice disputasse, lego; quæ
Diff. aliaque Eiusd. de Spiritu Sancto Jenæ hab.
adducuntur in Elogio eius in Act. Erud. Lips.
M. Jul. p. 332.



Hankius scripsit Libros duos de Romanarum Rerum Scriptoribus, tam veteribus quam novis, atque ita ordinavit, ut primo vitam recenseat, secundo scripta, tertio iudicia variorum auctorum. Idem de Byzantinarum rerum Scriptoribus librum eadem methodo confecit, Lipsiae editum A. 1677. Multa quidem debet Vossio; sed labor tamen non inutilis est, cum sic ordinate procedat, & varia tamen alia misceat. Indices adiecti secundum seriem temporum & nominum. conf. Stollius in Hist. Erud. P. I. in Proleg. §. XXXVII. p. 18. edit. in 4t. & Cap. VI. §. XVI. p. 261. Struvius in Introd. ad notit. rei liter. Cap. VII. §. 37. p. 374. ita scribit: Mart. Hanckius de Scriptoribus Rer. Roman. tractatum publicavit Lips. 1669. 4. Agit in eodem de Scriptoribus tum antiquioribus tum recentioribus, qui vel in historia, vel antiquitatibus Romanis quid scripserunt, horum vitam describens, scripta recensens & iudicium celebriorum virorum singulis addens. Elegans est liber, sed imperfetus, cum multi scriptores, varia de recensorum scriptis atque iudiciis addi potuissent. Et Cap. VIII. §. 10. p. 396. Nec omittendi sunt, inquit, Mart. Hanckii de Scriptoribus Rom. rerum libri duo, qui praeter vitas etiam scripta & de iis iudicia habent. Idem Struvius in Bibl. Histor. Cap.



C. IV. §. III. p. 37. iudicium de Hanckii libro
de Rer. Rom. Script. in introd. l. c. p. 374. la-
tum iisdem verbis repetit. vid. Nevu. in access. ad
Relect. Hiem. Wheari P. I. p. 21. Ceterum conf.
Novum Librorum Atrium P. XVI. p. 262. ubi,
quæ Hankius in hoc ipso opere L. II. P. I. c.
37. de Editionibus Parisiensibus Barn. Brisso-
nii de Regio Persarum Principatu memorat,
quasi prima Parif. 1590. 4. & tertia 1600.
Parif. 4t. prodierint, erroris typographici
forte, arguuntur, cum prima Editio 1591. 8.
(quam ipsi collectores se possidere asseve-
rant) lucem adspexerit, Hankiumque tum
in anno, tum in forma indicanda lapsum
esse, ostendat.

vid. porro *Nov. Bibl. Hal. P. I.* p. 83. Hederichii
Introductio in præcipuas Histor. Scient. p. 250.
Vogleri introductio in notitiam Script. Cap. XI.
p. 66. *Lex. Erud. Germ. Colerus* p. 155. *Analect.*
ad *Struvii introd. in not. rei lit. Cap. VIII* §. X.
& *suppl.* p. 126. *Bælii Epp. sel. T. I.* p. 151. sq.
III.

§. 18. De Byzantinarum Rerum Scriptoribus, Lipsiæ, 1677. 4t.

Quæ Morhof. in Polyb. de hoc opere sentiat,
§. 17. dictum est. *Struvius in Introd. c. VII.*
§. 37. p. 374. 375. breviter sic de eo iudicat.

Eadem ratione (scilac de Rer. Roman. Script. egit) de Byzantinarum Rerum Scriptoribus Graecis Tractatum edidit Lipsiae 1677. 4. quos plenus adhuc percensuit. Conf. Coleri Analecta ad h. l. p. 155.

Idem Struvius in Bibl. Histor Cap VI. §. 1. p. 77. scribit: Postea eosdem plenius (scil. quam Phil. Labbeus in protreptico de Byzantinæ Historiæ Scriptoribus Paris 1648. fol. de quo libro ante egit) recensuit Mart. Hanckius in libro de Byzantinarum Rerum Scriptoribus Graecis, Lips. 1677. 4. In hoc enim vitam, scripta, de iisdemque iudicia descripsit, prolixè satis atque egregie. In utrosque indicem fecit Rud. Capellus in Byzantinis suis, Hamburgi 1686. 4. Fabricius in Bibl. Græca volum. VI. p. 707. seq. prolixè agit de hoc opere Hankiano, qui ad extremum; Huius Hanckii, inquit, quemadmodum Vossii quoque monumentis ita usum me profiteor, ut spicilegium tibi post illorum messere dare, B. L. & Scriptores ab illis omissos supplere fuerim conatus, quod pro aequitate tua boni ut consulas rogo. Conf. Stolle in Hist. Erud. P. I. §. 37. Proleg. & cap. VI. §. 16. p. 261. sq. Hederich in introd. ad Histor. scient. p. 250. Nova Bibl. Hal. P. I. p. 83. Lexic. Erud. cura Menckenii. Nevu. P. I. Access. ad Whearum p. 18. Act. Er. 1709. p. 333. Bælii Epp. Select. T. I. p. 151. sq.

IV.



IV.

§. 19. Orationes Parentales, Nuptiales, Dramaticæ & Poëmata
1673. 8V.

Ackerum in vita Ge. Frantzkii ex oratione parentali, quam Hankius Frantzkio habuit, multa loca exhibere, supra §. 2. not. (c) dixi, qui & pag. 102. seqq. elegans Hankii Poëma sistit. Quod Hankius noster varia poëmata vernaculo & Latino sermone conscripsiferit, publicaveritque, ex eo facile patet, quod Poeta felicissimi ingenii, & Laurea condecoratus fuerit, ut supra §. 4. dictum.

vid. interim Nov. Bibl. Halens. P. I. p. 83. Lexicon Eruditorum cura Menckenii. Nov. Lit. Germ. 1705. p. 292. sq. Wittenii Mem. Actorum, Dec. III. p. 331. seqq.

V.

§. 20. Vratislavienſes Eruditionis Propagatores ab An. 1525. usque ad An. 1700. Lips. An. 1701 fol.

Struvius cum in Bibl. Histor. Cap. XIX. §. X. p. 527. hæc scripsisset: *Ad Scriptores de Historia Silesiaca facit primum cura Martini Hankii, qui a longis retro annis multo labore in describenda Silesiorum historia rei literariae desudavit,*

L. 5

quam



quam tamen avide adhuc expectabat orbis literatus; & Gothofredi Rhanii, Casparis Conradi atque Georgii Schæbelii scripta quædam eo pertinentia recensuisset, tandem p. 528. hæc subiungit: *Accuratus vero illud (scil. de eruditis ac claris Viris Vratislaviensibus Schoebelium in Germano Vratislaviae decore, Vratislaviae 1667. fol. egisse, paullo ante Struvius ostendit) Mart. Hankius in Chronologicis Tabulis, quibus Vratislavienses Propagatores (interfere, Eruditionis, quod Struvius omisit) ab an. 1522. (1525. lege) ad 1700. describit, Lipsiae 1702. 4t. (lege 1701. fol.)*

Ludovici in Historia Rectorum & Gymnas. Scholarumque celebriorum P. I. p. 51. scribit: Duo Wratislaviae florent Gymnasia, alterum Elisabethanum, Magdalenum alterum, horumque posterius cum iam ab A. 1623. egregium Musis domicilium præbuisset, parem cum Elisabethano dignitatem obtinere cœpit An. 1643. d. 30. Apr. Quam ipsam Historiam quia Dn. Hankius in tabulis infra allegandis plenissime tradidit, timentata hinc quædam huc maxime facientia afferre placet. Postquam ergo varia ex his Tabulis Hankianis ibi attulisset, tandem p. 56. addit: Maxime vero huc pertinent Dn. Hankii Tabula Chronologica, quibus Wratislaviensium Scho-



Scholarum Praesider, Inspectores, Rectores, Professores, Praeceptores, ab A. C. 1625. (lege 1525.) usque ad 1700. exhibentur, editæ Lipsiæ, 1701.

vid. Nov. Bibl. Hal. P. I. p. 83. Lexic. Erudit.

Germ. & ibi cit. Scriptores, Act. Erud. 1702.

p. 536. 1709. p. 333. Henelii Silesiographia

P. I. Cap. VI. n. 14. conf. Tenzel. Cur. Bibl.

1704. p. 790. D. Kundmann in nuper edito

Promtuario rerum naturalium & artificialium

Uratislaviensi, p. 22. 41.

VI.

§ 21. Antiquitates de Silesiorum nominibus 1702. 4. Lipsiæ.

Recens. in Act. Er. 1703. p. 536. sqq. conf. 1705. p. 257. sqq. Struvius C. XIX. §. X. p. 531. Bibl. Histor. ita de hoc libro: Haud ita pridem prodierunt Martini Hankii de Silesiorum nominibus antiquitates, Lipsiæ 1702. 4. atque eiusdem de Silesiorum Maioribus antiquitates, Lipsiæ, 1702. 4. In his autem progreditur ab O. C. usque ad annum 550. Vtraque Scripta autem sunt eruditissima, quibus tertium adhuc addere promisit de Rebus Silesiorum, quod vero adhuc expectamus. In primitiis Silesiacis sive Franc. Fabri (Vid. Tenz. Cur. Bibl. 1704. pag. 722.) Sa-
botho

botho & Silesia, editionis Lips. 1715. 8. à Q. A. T. A. V. A. curatæ, habentur notæ ad calcem adiectæ, de quibus Editor ita in præf. Nos igitur bona fide Tibi illud (Carmen) exhibemus, quale quidem in elegantissimo Codice manu magni quondam inter suos ICti scripto, reperimus. Nihil a me additum, nihil demum; nisi quod pauca, quæ viridi passim colore annotaverat Vir eruditus, ad paginarum calces adiecta sint, cursivo, quem vocant typothetæ, charactere a reliquis discernenda. Ad calcem ergo p. 49. etiam habetur brevissima eiusmodi nota ICti illius Silesii, quam una cum versibus Fabri, ad quos illustrandos pertinet, hic transcribimus:

--- Postremum quod plurima turba frequensque Undique certatim confluxerit advena, pro re, Slesia nostra novum tenet hæc in Secula nomen.

Ad hos versus sequentem notam ICti dicti subiecit Editor: Relinquenda hæc prolixiori disquisitioni Cl. Hankii nostratis, in Comment. de Silesiorum nominibus, cui multam industrias impensurus est, ut promisit. Conf. supra §. 10. fin. Conf. Bibl. Nov. Hal. P. I p. 83. Lex. Erudit. Germ. Lex. Hist. Lips. in Append. & Basil. T. II. p. 662. Act. Erud. 1709. p. 333.

VII.

§. 22. Antiquitates de Silesiorum
Maioribus ab O.C. ad Annum Chr.
D.L. Lipsiæ 1702. 4.

Recens. in Act. Erud. Lips. A. 1703. p. 336.
seqq. coll. 1705. p. 257. sqq. *Struvii iudicium*
de hoc doctissimo libro, vid. §. præced. 21. init.

vid. P. I. Bibl. Nov. Hal. p. 83. Lexic. Erud.
cura Menck. Act. Erud. 1709. p. 333. *Lexica*
Historica Lipsiense & Basileense.

VIII.

§. 23. Exercitationes de Silesiorum
rebus ab Anno Chr. DL. usque ad
Annum MCLXX. 1705. 4. Lipsiæ.

Hic est ille ipse liber tertius, quem *Stru-*
vius loc. §. 21. init. citato innuit, quemque
ipse tum adhuc edendum expectavit. In
novo Librorum Atrio P. XXI. p. 652. sqq. (ceu
supra §. 10. iam monuimus) recensentur
Rungii Miscellanea literaria de quibusdam
ineditis Historiæ Silesiacæ Scriptoribus; ibi-
que indicant collectores, Gottofr. Rohne
An. 1693. & 1694. edidisse tres Epistolas Hi-
storicas, in quibus nonnullos raros & egre-
gios Scriptores Historiæ Silesiacæ ineditos
ad-



recenseat, eorumque nonnullos excerpit, additis aliis observationibus eximiis; quod institutum utilissimum post mortem Rohnni a nemine continuatum esse, mirantur, subiiciunt tamen notam p. 653. in qua ea excipiunt, quæ in præfatione ad Henelii Silesiogr. renovatam, a Domino Hankio in Colleg. MStis ipsius, & quibusdam aliis essent in medium allata, quæ tamen singula exigui momenti forent. P. 662. ex iisdem Rungii Miscell. de Gotofredi Ferdinandi a Buckisches Actis Ecclesiasticis agunt, ad cuius vitam se hoc tantum annotare monent collectores; ipsos à saepè iam laudato M. Scharffio, qui Sueidnitii vivat, certiores esse redditos, ipsum plura de huius Viri vita, specialia argumenta possidere, eumque inter alia, nunquam Prof. Acad. Viennæ fuisse, verum ipsi aliquando munus extimum oblatum esse, Imperatorem JOSEPHVM gloriofissimæ memoriæ in studio Histor. & Juris publ. erudiendi. Ad hæc priora verba, quod nimirum Vir ille nunquam Prof. Acad. Vienn. fuerit, collectores iterum notam quandam adiiciunt, quæ eo tendit; Dn. Hanckium etiam in Colleg suo MSto de Rebus Siles. perhibere, illum ipsum

Pro



Professorem Pragæ fuisse, credi; qua occasione ipsum porro narrare, aiunt, eum magnum suum de Rebus Ecclesiasticis Silesiæ opus, Cancellario Bohemiae Chinskio ad perlegendum transmisso, hunc vero, quibus ex caussis, addunt, incertum esse, illud vel prorsus non reddidisse, vel saltem, quo minus publici iuris fieret, prohibuisse.

Recens. in Act. Erud. 1705. p. 257. Nov. Lit.

Hamb. 1705. p. 247. conf. Elog. Hankii in Act.

Er. 1709. p. 333.

IX.

§. 24. De Silesiis indigenis eruditis Liber singularis ab An. 1165. ad An 1550. Lipsiæ. 1707. 4.

Notanda hic sunt B.G. Struvii verba, quæ Cap. VII. §. XI. p. 326. 327. Introd. ad Not. rei Lit. habet: „In recensendis vitiis Clarorum “
Silesiorum occupatus fuit Martinus Hanckius, “
qui in Programmatibus quibusdam An. 1660, “
1667, 1668, 1669. editis, iam quedam pro- “
posuit, optandum, ut opus, in quo tanta cura “
laboravit, aliquando ederetur. „ Idem in sup- “
plementis ad hunc locum, pag. 88. scribit:

Hand



Haud ita pridem Martinus Hankius initium fecit publicandi Silesiam suam eruditam. Publicavit enim primum tractatum de Silesiis indigenis eruditis post litterarum culturam cum Christianismi studiis anno 965 suscepit, ab anno 1165 ad 1580. (lege 1550.) Lipsiae 1707. 4. Vitas hoc tractatu exponit non eruditorum solum, sed etiam illustrium Virorum, Ducum, Prælatorum, Equitum & Nobilium, qui factis inclaruerunt, eosdemque erudite declarat. Subiecit sex indices prænominum, cognominum, patriarcharum, temporum, quibus mortem obierunt, scriptorum & rerum memorabilium. Hæc ille.

Conf. Nov. Bibl. Hal. P. I. p. 83. ubi pro 1650. legendum est 1550. Act. Erud. 1709. p. 333. Reimmanni Introd. in Hist. Liter. p. 407.

X.

§. 25. De Silesiis alienigenis eruditis ab anno 1170. ad annum 1550.
1707. 4. Lipsiae.

Pergit statim Struvius loc. §. 24. cit. ita:
Insecutus est statim Eiusdem de Silesiis alienigenis eruditis ab anno Christi 1170. ad annum 1550. Liber singularis, Lipsiae 1707. 4. quo eadem methodo de Silesiis agit, quos non Patria, sed vita reddit Silesios.

In

In *Novo Librorum Atrio* p. XXI. p. 660. ex Rungii *Miscell.* (de quibus vid. §§. 10. & 23) agunt Collectores de Rudolphi Episcopi Vratislaviensis Statutis Capituli Cathedralis Vratislav. notantque, Episcopi huius vitam ab Hankio in libro de Silesiis Eruditis Aliigenis c. 9. p. 353. fuse descriptam esse.

vid. *Act. Erud.* 1709. p. 333. *Conf. An.* 1718.
p. 287. *in fin. Ausführl. Bericht von neuen Büchern* P. VII. p. 706.

XI.

§. 26. Martini Hankii Monumenta Detunctis olim erecta, collecta à Gotofredo Hanckio. Vratislav. & Lipsiæ 1718. 4.

Recens. in *Act. Erud.* 1718. p. 287. & in P. IV.
n. 4. der vermischten Bibliothek; (*conf. Nov. Lit.*
Lips. Germ. idiom. 1718. p. 286. 415. & *Nov. lit.*
Hamb. 1705. p. 132.) Recens. quoque hæc mo-
numenta in *Ephem. Gallic. Journ. des savans*
M. Febr. 1719. n. 9. & ex hoc literato diario,
in compendio in *Nov. lit. Germ.* 1719. p. 181.
atque in *Nova Bibl. Halensi Part. LXXXVII.*
p. 619. in qua memoratur, Dominum Han-
kium primo sigillatim publicasse hæc mo-
numenta.

Tomi I. Fasc. I.

M

nimen-



nimenta, nunc vero coniunctim edi à Gothredo; Illum in hisce inscriptionibus plerumque ea, quæ de defuncto maxime scitu digna erant, indicasse; atque cum præcipua suavitas huius laboris in ipsa dicendi ratione sita sit, lectorem ad ipsum opus remitti debere. Conf. quæ in præf. ad hæc de Hankii vita & scriptis *Analecta* dixi, ubi & annotatum est, Cel. Krantzii monumentum Hankianum huic libro esse insertum. *God. Ludovici in Historia Rectorum & Gymnas. Scholarumque celebriorum Part. I. p. 56.* ubi vitam Christiani Gryphii exposuit, nonnullos Scriptores adducit, qui tum de Gryphio, tum de Gymnasio Magdalenæo Vratislaviensi nonnulla observarunt; inter alios affert Dn. Kupffenderi, (tandem Rectoris Gymnasii Magdal. ab obitu Christ. Gryphii, constituti, quem loco celsiore dignissimum iudicat) Sermonem Parentalem Germanice Gryphii memoriae dictum ex 2 Tim. I. 12. & huic in Epicediis iunctam inscriptionem Latinam Dn. Hankii. conf. *Nov. lit. Hamb. 1705. p. 132.* Ceterum de *Goth. Hankio*, (qui in præf. promisit, se è patris MSS. telam histor. lit. Silesiæ pertexturum, vid. Act. Er. 1718. p. 287.) collectores Nov. Lib. Atrii P. LI. p. 232.

ita



ita fere scribunt : Mentionem adhuc iniici-
mus geminae monetæ rarissimæ in honorem notis-
simi illius Joh. Cratonis, trium Imperatorum Ro-
manorum Archiatri, &c. cuse, cuius origina-
lia ex B. Dn. Janischii Numophylacio Dominus
Gottfr. Hanckius, dignissimus Doctissimi Marti-
ni Hanckii Filius, meritissimusque Theologus
Vratislaviensis, iam conservat. Conf. quæ
supra §. 7. leguntur.

§. 27. Hæc adeo sunt, quæ nobis de scri-
ptis doctissimi Hankii sunt comperta, ubi
quidem neminem existimare velimus, nos
omnia & singula Hankiani ingenii præcla-
ra monimenta recensuisse, siquidem facile
concedimus, eum plura lucireddidisse, saltem
nobis adhuc non cognita. (*) Interim dum
præcipua, & celebritatem Auctoris sui quam
maxime provehentia opera adduximus,
contentus quis hac recensione tanti per esse
potest, donec plura innotescant. Vnum

M 2 ad-

(*) Hankius noster, qui An. 1661. (non 1681.
ut §. 6. p. 151. per typothetæ errorem, falso
exscriptum est,) Gotha Vratislaviam venit,
ab illo tempore complura minora scripta sine
dubio edidit. Ex doctissimis Programmatibus,
quæ, cum Rector Gymn. Elisab. esset, conscri-
psit, video unum memorari in Nov. Liter.
Germ. Hamburgi publicatis 1705. p. 132.



adhuc est, quod silentio præterire vix debemus, in Novo Librorum Atrio P. xxii. p. 737. ubi M. Gottfr. Dewaterdeckii (qui d. 13. Nov. 1726. obiit, vid. Nov. Lit. Lips. 1727. n. IV. p. 30.) Silesiæ Numismaticæ recensus instituitur, memorari, M. Dewaterdeckio, primam huius laboris caussam occasionemque extitisse Actum quendam de Moneta Silesiorum à Celeberrimo Domino Hankio Vratislaviæ institutum; & p. 741. narrari, Dewaterdeckium cum illis facere, qui Latine Wratislaviam per Wesse scribendam putant; hancque sententiam ut multis argumentis stabiliat, operam dare; è contrario Clar. Hankium diversum statuere; illum præterea, sed non nisi modeste, ab hoc Viro doctissimo, in non nullis discedere. Sed manum tandem de Tabula: neque enim prolixum vitæ Hankianæ actuumque ipsius, commentarium scribere in animum induximus, succinctam saltem eius narrationem, brevemque Scriptorum recensionem in fronte huius opellæ polliciti. Nos ad postremum grata mente agnoscimus & veneramur inerita & virtutes cum doctrina exquisitissima coniunctas, optimi nostri Hankii, qui senex grandævus, septuagenario quippe maior, & laborum

glo.



gloriaeque satur, superatis huius vitae miserae calamitatibus, cœlo tandem est receptus, quam felicitatem, tantum abest, ut ipsi invideamus, ut exemplo doctæ ipsius pietatis, virtutumque egregiarum memoria excitati, omni ratione annitendum nobis esse simili- ter existimemus, quo tandem aliquando tam dulces æternumque felices eruditionis scien- tiæque nostræ fructus reportemus, illud divi Pauli perpetuo cogitantes: Christum cognoscere præstat omni omnino Scientia. Interim meritorum B. Hankii memores, vitam præclare gestam, virtutesque eius, hoc hexa- sticho prosequimur:

*Cuius doctrinam Divus LEO POLDUS amavit,
Aurea quod cunctis illa Catena probat;
Quem fovit PRINCEPS GOTHANVS pluribus
annis,*

*Dum Civem repetit BRESLA vel ipsa suum;
Denique quem Virtus clarum perfecit in orbe,
HANKIUS in scriptis vivit ubique suis.*

Scripsoram hæc omnia, exceptis paucis notulis, quas hic inspersi, ante hoc ipsum quinquennium, nonnullisque amicis, qui & ipsi Hankianas virtutes colunt, ostenderam, qui eius rei fidem hodieque lubentes facturi sunt; cum eodem anno VIRI celeb.

Frid. Wilb. Sommeri, *Regnum Vannianum* (*) antiquam Silesiam complectens, recens ederetur, in cuius pag. 123. VIR Nobilissimus ea, quæ versibus modo adductis, iam ante de Hankii meritis utcunque comprehendenteram, eodem fere modo in compendio exhibet, libero usus dicendi genere; quo insigni Hankiano Elogio finem Analectis meis pace VIRI celeb. liceat imponere.

MARTINVS. HANKIVS. EDITIS. FELICIS. INGENII.
MONVMENTIS. RARA. INTER. LITERATOS. FELICITATE.

LEOPOLDI. M. SVMMI ORBIS. MONARCHAE.
GRATIAM. ILLVSTRIVM. FAVOREM.

COMMVNEM. ERVDITI. ORBIS. APPLAVSVM.
MERVIT. VITAM. SCRIPTA. INSIGNEMQVE. FAMAM
SVCESSOR. EIVS. GOTTL. KRANTZIVS.

EGREGIO. MONVMENTO. EXHIBVIT.

QVOD. LOCVM. LXVIL. INTER.

MONVMENTA. HANKIANA. OCCVPAT.

* * * * *

(*) Prodiit Vratislaviae 1722. in 4t. & recens. in Act. Erud. Lips. eiusd. anni p. 560. sqq. Elogio præclaro hunc librum nuper admodum, in Discursu, quem vocat, de hodierno statu Geographiae præsertim in Germania, patrio sermone edito, §. XXII. p. 104. coll. §. XXXVI. p. 162. condecoravit summe Rev. EBERH. DAV. HAVBERVS, Consistorialis & Superintendens Stadthagensis, & nuper Regiæ Acad. scient. Berol. sociis adscriptus.

VIII.

TANAQVILLI FABRI METHODVS,
quæ ad prudentem Scriptorum ve-
terum lectionem, et eximiam Latinæ
Linguæ facultatem comparan-
dam, manuducit.

PRÆFATIO.

Non ita pridem est, cum ab Excellentissimo
quodam Viro, nonnulla Andreæ Sam.
Gesneri, Gymn. Rotenb. Rectoris longe meritissimi,
Programmata, docte sane & eleganter scripta, usi-
bus meis benevole concederentur; in quibus Vir ille
doctissimus aliquot iam annis de recta puerorum
institutione commentari cœpit. Que et si cun-
cta lectione, &, quæ ibi prudenter monita fuere,
usu ipso dignissima sunt, licet chartæ angustia
primas saltem quasi lineas ipsum ducere iuberet;
illud tamen potissimum considerationem accura-
tiorem mereri videbatur, quo (*) illis, qui ad
auctorum latinorum veterum lectionem admit-
tendi, & Lat. Linguae solidiori, quam vulgo
M 4 fit,

(*) Publ. Prop. est Rotenburgi ad Tubarim,
d. XVI. April, 1725. Et si pace auctoris cla-
rissimi fieri id existimasse, ipsum Program-
ma, quod nervosa etiam brevitate se com-
mendat, huic Fasciculo inseruisssem.



fit, cognitione imbuendi sunt, quadruplicem
quasi cursum constituit, quem in servando le-
ctionis auctorum ordine, teneri utiliter posse,
arbitratur; immixtis simul doctissimis monitis,
quibus occurrit dubiis, que adversus se forte &
methodum suam, à nonnullis possent excitari. In
mentem mihi statim venit eorum, que Celeb.
quondam Morhofius in Polyhist. Literar. Lib. II.
Cap. IX. p. m. 428. sqq. observavit de hac ipsa
methodo, quā Tanaq. Fabrum, Virum suo tem-
pore longe eruditissimum, filium suum ab anno
10. ad 14. quo ille immatura morte ipsi ere-
ptus est, utraque lingua (nam & in Græca
eiusdem rei Fabrum fecisse periculum, ipse Mor-
hofius paulo post commemoravit) plane expoli-
visse, refert, ut cum viris certare posset.
Addit statim, ipsum Fabrum Gallica Lingua hanc
methodum suam exiguo libello edidisse; sub tit.
Methode pour commencer les humanités
Grecques & Latines, à Saumur 1672. in 12.
Morhofius deinceps multis est in illa proponendœ
& excerptenda, ac recensenda. Atq; hæc ipsa Fabri
methodus adeo se nonnullis acutissimis, & Lat. lin-
guae insignem facultatem adeptis viris, probavit,
ut præter Morhofium, Ktus celeb. D. Jo. Gottl.
Heineccius, Profess. tunc Halensis, nunc Fran-
querane Academiae, fama scriptisque inclutus,

eam,

eam observationibus suis auctam & dilucidatam,
in Fundamentis suis Stili Cultioris, Hale Magd.
1720. 8. editis, P. III. Cap. I. pag. 319. sqq. ex-
hibere dignatus sit. Ac memini sane, Excell.
Altorf. Acad. Professorem, Dn. Christianum
Gotlibium Schwarzium, in Praelectionibus suis
in eundem Heineccii librum, quibus & mihi,
magno utique commodo meo, interesse tum licuit,
multum studii in illustranda & interdum emen-
danda Fabriana methodo insunisse, non neglectis
Morhofii & Heineccii praeclaris eam in rem obser-
vationibus, quas tamen & ipsas ulteriori luce
passim perfudit. Unde Praeceptoris huic meo per
omnem etatem colendissimo, plurimum me hic
debere, gratus profiteor, et si nihil horum in cala-
num auditoribus tum dictavit, sed eruditissimo,
quem vocant, discursu, omnia, (ad ductum
tamen Heineccii, cuius laudata fundamenta fun-
damenti loco posuit, cuiusq; ordinem & mihi hic
sequi liceat,) illustravit & proposuit. Quorums
summa capita domi statim utcunque in chartam
conieci, posteaque accedente propria meditatione,
in hunc, quem cernis, ordinem redegi. Atque cum
videam eandem methodum in mente habuisse Ges-
nerum, non sane dubitavi, qualemcumque hanc
commentationem, cuius potior pars iam ante ali-
quot annos scripta à me erat, in supplementum

M 5 quasi



quasi illius Programmatis elegantissimi, publici tandem iuris facere, & disquisitioni ac censuræ Viri huius doctissimi lubens subiicere. Evidem non iam mihi animus est disputare, num hæc ipsa veteres auctores ordine legendi ratio, in Scholas publicas introducenda sit; quanquam ipsum Gesnerum pro hac sententia stare, haud obscure intellegi possit; neque, si cetera bene se haberent, difficultatesque non parvæ è medio tollerentur, à publicis illis bonarum artium & Lingue potissimum Latinae officinis alienum id existimari deberet. Illis nunc potius hac methodo consultum ibo, qui animi, corporis, fortunæque præfidiis necessariis probe muniti, sub privati doctoris ductu, ad solidam Ling. Lat. cognitionem aspirant.

§. I.

Latinam Linguam hodie non, ut alias linguis, cuiquam populo vernacula esse, satis, opinamur, constat, ut mirum videatur, quomodo factum sit, ut, cum omnium fere linguarum olim usitatarum, usus hodieque saltē in aliquo certarum regionum tractu supersit, quemadmodum v. g. in quibusdam Lusatiae locis, (a) præter germanicam

verna-

(a) vid. Hübnerus in Geograph. C. X. n. XLI. t.
p. m. 596. & Buchnerus in Lexico Fabri, voce
Sclavi & Vandali.



vernaculam, incolæ, Wendii dicti, veterum
Vandalorum lingua utuntur; sola Lingua
Latina in toto, quod scimus, terrarum or-
be viva esse desierit, non nisi inter Eruditos
plerarumque nationum frequentata. Quo-
modo in Italicam mutata sit, præter *Facciola-*
tum (cf. Bibl. Brem. T. VII. p. 750. sq.) & *Cella-*
rium, (b) ostendit *Car. Du Fresne*, loco ab Hei-
neccio citato. Interim cum Latini Sermonis
usus & hoc nostro Sæculo amplissimus sit,
etsi, ut multis falso persuasum est, non sta-
tim Viri eruditi nomen meretur, qui vel ex-
æstissimam eius peritiam habet; hinc multi
cœperunt iam olim cogitare de facili & ex-
pedita methodo, qua illa lingua brevi tem-
pore, & felici successu, addisci possit. Va-
riæ variorum prostant Methodi, de quibus
generatim evolvi meretur *Morhof. Polyh.* T. I.
L. II. c. IX. p. 415. sqq. (c) adeo, ut nonnul-
lis

-
- (b) *Conf. Cel. Burckhardi præfat. fol. 3. b. P. I.*
Comment. de Ling. Lat. in Germania fatis;
 & *Cl. Funcii liber duplex, alter de origine,*
alter de pueritia Ling. Lat qui recens. in Act.
Erud. 1721. p. 140. sqq. & Cl. Hallbaueri nuper
ed. Instit. stili lat. ubi & fuse Hist. L. L. pertractat.
- (c) *Extat Frid. Taubmanni docta Diff. de Latina*
Lingua, Wittebergæ 1609. altera vice, in 8.
edita



lis in mentem venerit consilium de civitate Latina condenda (d) ipsi adeo Morhofio probatum , cuius tamen difficultem executionem quilibet prudentiorum facile agnoscit, cum fieri vix possit , quin, ut olim ex Romana lingua, cum in Gallia ac Hispania promiscue in usu esset , novæ enatæ sunt dialecti, ita & civitas illa Latina mox in barbaram degeneraret, quando sine discrimine mares & fœminæ, servi ancillæque ea lingua uterentur.

§. 2. Nobis ex omnibus illis a Morhofio recensitis methodis, semper probata fuit illa *Tan. Fabri*, qua in filio suo a decimo ætatis anno, ad decimum usque quartum, quo immatura extictus morte est, erudiendo, magno cum fructu usus fuit, ita, ut puer intra quatuor hos annos, plerosque & Græcos & Latinos auctores expedite exponere, & perlegere didicerit. Quod utinam nostræ ætatis

edita, quæ multa, huc pertinentia, egregie docet, quanquam nonnulla omnium consensu haud probentur. conf. Folieta de Ling. Lat. usu & præf. cum Cel. MOSHEMII præf. & notis edit.

(d) Nuper demum, Cap. I. Vtopiæ literatæ, expofit hoc consilium Cl. H̄EVMANVS, vid. eius Poecilen, T. I, Lib. I. pag. 94. sqq.



tis adolescentes & iuvenes imitari stuperent, qui eo vix ad vigesimum amplius annum, imo, paucis exceptis, vix unquam, pertingunt, culpa quidem maximam partem in Præceptores (indoctos, & inepta docendi ratione utentes) interdum residente, qui in scholis viginti & plures discipulos secundum unam eandemque saepe methodum instituunt, nulla habita neque ingeniorum, neque profectuum, ratione. Vnde quam maxime manifestum est, vel doctissimos Viros, & maxima docendi dexteritate præditos, Scholis præfici debere, dum plurimum ad felicem adolescentum iuvenumque institutionem interest, qua quisque Præceptorum methodo in linguis tradendis utatur. Alias usu & loquendi consuetudine linguam Lat. addisci posse, quibusdam persuasum fuit; sed neque haec methodus difficultate caret. *Sanctii Minervæ* (e) adiecta est Dissertatio de hoc ipso argumento, in qua plane dissuadetur

(e) Sanctii Minerva ex Edit. Perizoniana prodiit Amstel. 1702. 8. qui liber iis, qui studia humaniora ex professo tractant, multum potest prodesse; ceteris nauseam facile creabit, quia nimiæ subtilitates ibi occurront. Adiectæ Diss. lectu utique dignissimæ sunt.

tur hæc ad Lat. Ling. facultatem adspirandi, ratio. Aug. Buchnerus vix ac ne vix adduci potuit, ut vel cum doctissimis Viris latine loqueretur, veritus, ne minus emenda- ta dicendi ratione uteretur, aut isthæc extemporalis loquendi consuetudo, nitori stili, cui adsuetus erat, aliquando fraudi sit futu- ra. Vnde in lepidum ea res abiit prover- bium. Ceterum iis, qui iam non nihil in huius sermonis facultate exercitati sunt, non video, quomodo dissuaderi possit ipsum Latine loquendi exercitium, eruditis utique perquam necessarium, neque temere negli- gendum. Sed veniamus tandem ad ipsam supra laudatam *Tan. Fabri methodum*, quæ & Heineccio placuit, Cellarii maxime vesti- gia legenti, in qua illustranda & interdum emendanda iam paulisper erimus occupati; cum & ipsi Triumviri celeberrimi, Morho- fius, Heineccius & Schwarzius non nihil ab ea Fabri methodo recesserint.

§. 3. Non male Faber in IV. *cursus* omnem illum legendorum Auctorum ambitum par- titus est, id quod & Heineccium, qui Fabrum est secutus, fecisse videoas. Initium quidem hic censet capiendum esse à *Phaedri fabulis*; atenimvero cum hæ aliquanto difficiliores nobis



nobis videantur, quam ut primum pueris proponi debeant, hinc majori forte cum fructu eligi posse minores bonorum Auctōrum sententias existimamus, in quibus exponendis & resolvendis pueri non nihil occupabuntur. Ipse Faber eiusmodi sententiis filium suum primum exercuit. vid. Morhof. l. c. p. m. 430. Cum quibus coniungi non infeliciter possunt nonnulli faciliiores Castalianis dialogi, (f) quibus Historiæ sacræ recensentur, & qui stilo satis puro sunt conscripti, nec adolescentibus lectu iniucundi esse possunt. Certe maiori cum voluptate legentur, ac minus pura Corderii aliorumq; Colloquia, in Scholis vulgo proposita ad di-

scen-

(f) Vir Cel. Goth. VOCKERODT, Ill. Gymn. Goth. Rector, (cuius humanitati, cum Gothæ ad ipsum inviserem, multa etiamnum me debere, publicè & grato animo profiteor,) in Consultationibus de litterarum studiis recte & religiose instituendis, Conf. IV. Cap. I. §. I. p. 149.
„Manet, inquit, perpetuum Scholarum malum, quod melioribus institutis surrogatur deteriora. Hæc, ni fallor, caussa fuit, quod nunc a plerisque ludis literariis CASTELLIONIS Dialogi Sacri exulent, olim summo plausu excepti, & propter dictionis pu-

rita.



scendum. Minuta colloquia etiam Morhof. p. 437. legenda suadet, sed & ille digitum in Corderii similiaq; intendisse videtur. Desid. Erasmi tamen dialogos diligenter legendos esse, saepe iudicavit Exc. Schwarzius. Præparati ita nonnihil pueri, deinceps facilius ad *Phaedri* fabulas admittentur, quæ tamen ipsæ non ut vulgo fieri consuevit, ordine sunt legendæ, sed faciliores feligendæ, quarum si nonnullæ probe expositæ fuerint, ad difficiliores progredi demum possunt, ubi quidem multum iuvabit ad meliorem eiusmodi fabularum intelligentiam, & ad excitandam quoque voluptatem, editio figuris ære expressis ornata, qualem in usum Principis Nassov. Amstelod. 1701. 4to. cum uberrimis notis (in quibus tamen non plane nulla spicilegia relictæ sunt) adornavit Hoogstratanus. Sed splendidior est hæc Editio, &

pre-

“ ritatem & castitatem, argumenti facilitatem & sanctitatem non sine singulari, & prono Linguae Latinæ Romanæ, & pietas, profectu pueris prælecti.,, Hactenus ille. Optima Castell. Dial. editio est, quæ Basil. 1720. 8. prodiit, cum notis Cel. Iselii, D. & Prof. Theol. Basil. qui & præfationem trium plagarum eidem præfixit. vid. Nov. Lit. 1720



pretium maius, quam ut pueris inservire possit. Unde non male de pube scholastica promereretur, qui Phædrum in minori forma ad eum modum ederet, ut iusto pretio, (v. gr. semithalero) parari posset, quod celeb. C. G. Schvvarzii propositum est, si Deus vitam & otium ipsi concederet. Illustrari deinceps dictæ fabulæ interdum possunt ex Æsop. quod non sine comodo fiet. Ceterum optandum esset, ut Phædrus suas in prosa scripsisset. Phædro subiungit Heineccius *Pomponium Mēlam*, qui Geographiam scripsit. Evidem non sine utilitate evolveretur hic Auctor, modo sua non tam sterili ratione proposuisset: neque enim in recensione locorum quicquam affert, quod memoratu dignum foret, sed sola fere nomina describit. Alioqui si ad singulas vel urbes vel alios locos, res obseruatū ibi digniores, recensuisset, instar Geographiæ Hübnerianæ, fructu non destitueretur eius lectio. Interim ad veteris Geographiæ cognitionem recte legitur ab iis, qui vel paulum in sermone Latino exercitati sunt, quia alias multa aliorum Auctōrum loca non possunt intelligi, in quibus Geographica proponuntur. Adiungi debent eius lectioni Tābulæ vel Mappæ, quales Cel-

Tomi I. Fas̄c. I.

N

larius



Iarius publicavit in sua Not. Orb. Ant & nuper cel. Kœlerus in Atlante antiquo. In his ad du-
ctum Melæ loca monstrari ipsa debent, additis
a Præceptore observationibus, quibus animi
puerorum facile capi solent. Sed difficilior
nunc parantur eiusmodi Melæ editiones,
quibus pueri uti possunt. Quas Heineccius
allegavit, Fabricius in Bibl. Lat. iam attulit,
& plures alias, qui liber egregio cum fru-
etu lectioni dictorum & mox allegandorum
Auctorum adiungi potest, sane operæ pre-
mium facient, quibus studiis humanioribus
peculiarem operam navare volupe est, si eo
ordine, quem Cel. Fabricius tenet, omnes
Auctores Latinos legerent, quotquot ad stili
facultatem comparandam facere constat.
Sed redeundum est, unde discessimus. Melæ
comitem dat Heineccius *Eutropium*, quem
utique legere oportet pueros, tum quia eius
dictio facilis & satis pura est, tum quia ele-
gans Historiæ Romanæ compendium tradit.
Intra duos, imo unum mensem perlegi potest,
cuiusque crebrior repetitio neminem pœni-
tebit. Ita tandem ad *Cornelium Nepotem*,
quem Heineccius post *Eutropium* legendum
putat, utilissimus fiet transitus, quo Auctore
nihil esse potest suavius, quem iterum ite-
rum-

rumque legendo repetere , multum prode-
rit Latinæ Linguæ Candidato. His instru-
ctus præsidiis tiro facilius ad ceteros aucto-
res evolvendos accedet , ubi deinceps ne-
cessē erit , unum aliquem , eumque præstan-
tissimum , eligere , & ad imitandum propo-
nere , in quo penitus versari & quasi habita-
re eum decet , qui huius sermonis facultatem
comparare desiderat. Ex reliquis Auctori-
bus , quæ instituto suo inserviunt , & ad
ampliorem stili culuram faciunt , haurire
studebit , oculis semper in ducem , quem
sibi elegit , defixis. Interim ut varia sunt
ingenia , ita etiam aliis alii auctores magis
placebunt , modo id observetur , ut aliquis
probatæ Latinitatis Scriptor eligatur , isque
in succum & sanguinem , continuata & sub-
inde frequentata lectione , convertatur ,
in quo proposito facile confirmabitur ,
qui quotidiana pensa sibi absolvenda pro-
ponit , per singulos dies uno ad minimum
folio vel capite perlesto.

§.4. Sed ordo requirit , ut ad ALTERVM
CYRSVM veniamus , cui Heineccius Terentium ,
Ciceronis Epistolas & Libros aliquot Philosophicos ,
Jul. Cæsarem & Minutium Felicem destinavit .
Quos auctores utique non sine fructu evol-

vet eloquentiæ latinæ studiosus, & sedulo eos lectioni illius adiunget, quem sibi imitandum proposuit. Quæ sint cuiusque virtutes, & præstantia, notius est, quam ut copiosa nostra indigere explicatione arbitremur.

Idem dicendum de CURSU TERTIO, in quo Heineccius *Sallustium*, *Ciceronis Orationes Selectiores*, *Livium*, *Suetonium*, *Plinium in Panegyrico*, *Tacitum*, *Curtium*, *Plautum*, *Senecæ aliquot Libros Philosophicos*, & denique *Lactantium legendos existimat*. Apparet hinc, tironem, iam duos cursus emensum, nonnihil in auctorum lectione versatum nunc intelligi, cui iudicium in legendis illis scriptis, suppetias feret. Neque hic opus esse videtur, ut diu hisce immoremur, quamvis nonnulla omnino monenda videantur. Id unum silere non possumus, ubi iam ad *Livium* accessus factus fuerit, Linguæ Latinæ Candidatum id omni cura agere debere, ut hunc Scriptorem quam maxime in deliciis habeat, & præter eos auctores, sive unus sit, sive plures, pauciores certe, quos sibi primarios elegit, diligenter legat, neque, si qua forte ab initio difficultas oriatur, à lectione Liviana se deterreri patiatur; illa enim mox sponte sua recedet.

Ita



§. 5. Ita tandem progredimur cum tirone nostro ad CVRSVM QVARTVM eumq; ultimum, cui Heineccius maximam partem reliquo- rum omnis generis auctorum, reservavit, quos hic transcribere supersedemus. Quæ de illis monuit, cum iam ab aliis, in primis Fabricio in Bibl. Lat. observata sint, eo lecto- rem ablegamus, & ut Reinhardum in Theat. Prud. Eleg. p. 51. --- 131. Falsterum in Cogit. Philol. p. 109. seqq. & nuper Hallbauerum in Instit. stili lat. cap. I. conferat, suademus. Certe omnes illos auctores non eo fine legendos censemus, ut eorum lectioni nimis diu inhæ- reamus, quorum pleriq; neque satis puri sunt, neque optimam dicendi rationem sectantur. Propter res non sine utilitate possunt evolvi, stilus vero subindead supra commendatos scri- ptores optimos est attemperandus. Ceterum præter alia subsidia hic maxime necessaria, iudicium præcipue in tanta auctorum copia est in consilium adhibendum, ne qua confusio oriatur, aut temere aliquid suscipiatur, cu- ius eum deinceps pœnitere possit, qui non satis cautus ad eorum lectionem accessit. (g)

N 3

Sed

(g) Commend. Cellarii Disp. de legendis in Scho- lis auctōribus profaicis, eodem anno ab eo hab. quo illa de Poëtis, de qua mox dicemus.



§. 6 Sed facile quis mirabitur, nullam a nobis Poëtarum mentionem esse iniectam, quos neque nos, cum Heineccius nonnulla de iis attulerit, omittemus. Non eo fine illos hic demum recensemus, quasi persuasum nobis esset, lectionem eorundem non prius esse inchoandam, quam quatuor isti cursus abfoluti essent. Ita sane nimis tarde legendi forent. Possunt illi mox post primum cursum, & sub initium secundi, maximo cum fructu evolvi, neque quemquam studia humaniora recte tractare posse existimamus, qui Poëtas non simul legere studeat, qui ad solutam eloquentiam comparandam maxime faciunt, si iudicium eorum lectioni faciem præferat. Neque vero cum Heineccio a Virgilio exordium ducendum esse credimus, Ovidium ob multas rationes, quas non recensere vacat, primum omnium legendum esse, suadentes. Sane & facilitate & perspicuitate, neminem ex Poëtis parem habet & dictio eius ad prosaicam quam proxime accedit. Libros Tristium & de Ponto statim evolvere, consultum ducimus, quibus Metamorphoses ceterique libri subiungentur. Imo totum Ovidium perlegisse, neminem poenitebit; nam etsi in eo occur-

runt,



runt, quæ peius dicta, & contra bonos mores
merito dolemus, castis tamen omnia sunt
casta. Hinc *Virgilii* lectio maiori cum uti-
litate auspicabitur, in quo omnia summa
sunt, in primis poëtica eius maiestas ex *Aenei-*
de elucet. Neque tamen ab *Eclogis* & *Geor-*
gicorum libris initium capessendum esse,
censemus; ad nos certe sigillatim quod atti-
net, *Æneiden* primo olim perlustrasse, ope-
ræ pretium nobis etiamnū videtur, huius sane
lectio magis se tironi commendabit, ab ini-
tio *Virgilium* legere cupienti, quam cetero-
rum librorum, quos deinceps subiungere,
ex re ipsius esse, persuasum habemus. Sed
nec *Horatius* est prætermittendus, cuius ma-
ius apparet studium in *Odis*, quam in *Car-*
minibus reliquis, quæ & doctrina & dicen-
di elegantia illis cedunt. Certe qui ad pri-
mum intuitum Odam aliquam sine hæsita-
tione, promte & decore, redditis ubique
rationibus, exponere novit, is laudem ex-
ercitati in humaniorum Literarum studiis in-
genii, facile reportabit. *Lucretium* neque
ob phrasin, neque alias virtutes Poëtis fa-
miliares, legendum velim. Diligentiam
suam maxime probavit in condendo accura-
to Philosophiæ Epicureæ Systemate, hoc

N 4

fine,



fine si legetur, fructum non pœnitendum ex eo hauriet, literarum, de quibus loquimur, Studiosus. *Lucanus* laudatur ab his, culpatur ab illis. Quibusdam prorsus displicere videtur, qui, nihil præclari in eo inveniri, sibi persuadent. Nonnulli fere nimium ei pretium statuunt. Ill. Seckendorfio tantopere probatum scimus, ut in poema vernaculum, Rhythmis tamen destitutum, transferret. Intra mediocritatem consistere, & ob caussas varias interdum legendum esse, nemo facile negaverit. *Statius* Poëta tumidus est, cuius lectione neque nos unquam magnopere delectati sumus, scripsit Libros Thebaidum & poëmata nonnulla minora. Ad *Claudianum* denique quod attinet, sic de eo sentio, (Heineccii enim sententia mihi minus probatur) Latinæ Linguæ Cultorem ab eius lectione minime abstinere debere; neque enim ullus facile est Poëta, qui, quando Viri in excelsa dignitate constituti, a nobis laudandi sunt, ampliorem & elegantiorem, Claudio, materiam suppeditare potest. Vixit enim eo Sæculo, quo Imperatoribus & summis eorum Ministris subinde Panegyrici dicendi erant, occasione illis non-nihil adulandi semper præsente. Certe non
ssne



sine magna voluptate leges, quæ in laudem Stiliconis, maximi & excelsi in loco collocati Viri, affert, imo Imperatorem Honorium eleganti elogio ornasse eum videoas, quæ hodieque peropportune aliquando adhibentur, modo inventio, quam Claudianus suppeditat, Virgiliana vel alias optimi Poëtæ copia & dictione exornetur. Cetetum prudenter monuit Heineccius, quomo do Poëtæ magnam optimarum vocum formularumque loquendi copiam suggerant, in prosa oratione eleganter sæpe adhibendarum. Ex Cunæo exempla luculenta affert, alterum ex Orat. I. alterum ex Orat. II. quorum utrumque magnopere se probabit, magis tamen posterius, in quo Lucanum, imitatus est. Nam in priore ex Horatio desumto, ipsa huius verba apertius retinet, per damna per cædes &c. potuisset enim dicere: per damna cædesque &c. vel formulam usitatam interponere: ut cum Poëta loquar. Interim egregie hinc patet, quemadmodum diligens auctorum lector omnia in usum suum transferre & tempestive aliquando, magna cum auditorum, eiusmodi formulas alibi ab ipsis lectas, tam scite in præfenti materia usurpari, mirantium,

N 5

volu-



voluptate , & plausu non mediocri , publice queat adhibere. (h)

§.7. Tandem ostendit Heineccius, quid in lectione auctorum observandum sit, si fructus expectatus inde redire debeat. Multa perquam docte monet, quæ quidem & ab aliis iam observata deprehenduntur , bene tamen hic recognoscenda. I. Optimas Auctorum Editiones suadet comparandas esse. Cui monito facile subscribimus; dici enim non potest, quantum omnia faciliora reddantur, si præstantioribus editionibus, eorum certe auctorum , quos per totum vitæ tempus imitando assequi studebimus, qui que nobis quam maxime familiares esse debent , assuefiamus , utne dicamus , memoriaræ optimum inde subsidium parari. II. Notas doctissimorum Virorum conferendas existimat, quod in plerisque locis difficilioribus omnino a tironibus magno cum fructu fieri constat, sic tamen, ut & propriæ meditationi relinquatur locus , & ut suo ipso rummet marte sensum auctoris eruere discant. III. Aliena subsidia quovis modo ad illustrandos auctores facientia , minime putat negli-

(h) Ceterum conf. Disp. Cellarii de Poetis Scholæ publicæ utilioribus, Halæ 1698. habita.

negligenda, quod faciles ipsi lubentesque largimur.

§. 8. Sed attendendum etiam est in lectione auctōrum ad ea, quæ ingeniose & acute ab illis dicta sunt. Ita recte Heineccius exemplum Senecæ affert, cuius producta sententia nihil est elegantius. Eiusmodi dicta in promptu habere, & data occasione vel applicare, vel imitari, magnopere decet humaniorum literarum Cultorem. In primis vero rerum notatu digniorum est habenda ratio. Dici enim non potest, quam amplius rerum præclarissimarum thesaurus ex his antiquis Eruditionis & Sapientiæ Magistris hauriri possit. Bene Auctor noster monuit, quid per res intelligat, & certas eorum classes constituit. Ita possunt decem & plures Eruditi unum aliquem auctorem diversis finibus & consiliis perlegere, singuli ex eo enotare solent, quæ maxime e re sua esse intelligunt. Sententias etiam atque Apophthegmata non sine fructu ex illis sibi, vel tot collectiones, Græca, Latina & Germanica Lingua, prostantes, documento sunt. Præcipue quando scripta auctōrum philosophica leguntur, probe cognoscendum est, quibus singuli Sectis fuerint additi,

cti,



Eti , quod in Cicerone , Seneca aliisque fieri oportet, alias in multis eorum locis explicandis hærebit dictarum rerum ignarus. Sed de his quidem satis pro instituto.



IX.

NOVA LITERARIA
cum Observationibus variis.

B. L. S.

CVM saepe adhuc factum fuerit , ut in varit generis librorum lectione & perlustratione , variæ etiam subito natæ mihi sint observationicula , quæ quidem sectionis integræ locum haud commode obtinent , coniunctim tamen sub Observationum variarum , aut alio forte titulo , evulgatae aliquid afferre posse videntur , quod rei literariae nonnihil illustrandæ inserviat ; consilium cepi , cuilibet fasciculo præter Nova quedam literaria , ea maxime , que ad Sueviam meam pertinent , & de quibus in posterum benevole mecum communicandis eos , qui rei literariae patriæ studiosi sunt , qua par est observantia & modestia rogo ; manipulum quasi quendam variarum observationum , nunc prolixiorum , nunc breviorum



viorum, prout instituti ratio feret, adiicere, sequiturus exemplum doctissimorum quorundam virorum, qui libris suis, quos per partes emittunt, eiusmodi appendice non vulgarem gratiam hucusque conciliarunt, ipsique hand parvam à letoribus inierunt. Talem mantissam, et si intra mei ingenii modulum constituram, primo huic fasciculo iam in animo destinaveram cum ante tres has hebdomadas, amoenissimarum Clar. Viri Jo. Ge. Schelhornii, Amoenitatum literiarum Tomus sextus Norimberga ad me mitteretur. In quo cum cetera omnia valde se probant, tum illud quoque utilissimum & opportunum propositum, quod n. XIII. p. 596. sqq. legitur, cunctis, spero, arridebit, mihi certe de eodem hoc instituto, cuius tamen neuter conscius fuit, non sine causa gratulabar. Cuius viri doctissimi verba, quæ prefatiunculae loco prefixit, pace eius hic repetere & meo instituto (quod ad eum modum quodammodo attemperare decreveram, quem in Bibliotheca Hist. Phil. Theologica, quæ Bremæ hucusque prodiit, iam à multis annis & nuper quoque in Bibliotheca Lubecensi servari video,) meo, inquam, instituto nunc applicare liceat: Visum est, ait, & ego cum illo, in posterum subinde huiusc opellæ partibus subiicere varias observationes epiperiegloco, uno fasce

com-



comprehensas, quæ singulæ seorsim positiæ nimis concisæ forent. Quibus tamen Nova quedam literaria, quæ nunc quidem parcius exhibentur, identidem immiscebo, ut nec hac in parte aliquid possit desiderari. Forte Cl. Schelhornium ad eandem in posterum suscipiendam operam, sic excitabo; ut nonnulla, ad rem literariam Sueorum in primis pertinentia, Nova, quæ plerumq; adhuc extra Sueviam fere citius, quam apud nos ipsos innotuerunt & evulgata sunt, coniunctis viribus, in suis quisque fasciculis (nisi dispar prorsus fatum mei experiantur) tradere & cum Historiæ patriæ studiosis communicare, quantum quidem chartæ angustia permittet, laboremus: neque enim hucusque spes ulla affulsi, fore, ut aut utilissime illæ Relationes, quas vocarunt, Vlmenses, quæ per Partes ante aliquot annos exire cœperunt, ob caussas vero, mihi non notas, interruptæ sunt, redintegrentur, aut Vir quidam doctus, & ab omnibus subsidiis probe instructus, quo in primis frequens commercium epistolicum spectat, in Suevia rebus literariis describendis laborem aggrediatur illi forte similem, quem in editis iam & porro edendis Franconiae Actis eruditis & curiosis VIR doctissimus & mihi quoque faventissimus D. Heimreichius Jun. laude digno utique instituto aggressus



gressus est, apparatus usus haud vulgari, sufficien-
tique commercio literario, quarum rerum testem
αὐτόπτην me esse, benevole aliquando Coburgi in
adib⁹ suis ipsum concessisse, gratus memini.

VLMAE lucem nuper admodum vidit
Tomus sextus Amœnitatum literiarum, quibus
variæ observationes, scripta item quædam
anecdota & rariora opuscula exhibentur.
Francof. & Lips. 1727. 8. Vlmæ vero, sum-
tibus Dan. Bartholomæi, Bibliopolæ hone-
stissimi, cuius & nomen ibi legitur, iucundissi-
mas has Amœnitates adhuc prodiisse, con-
stat. Auctor eorum *Io. Ge. Schelhornius* in
Dedicatione Tomi quinti, abhinc hoc ipso
anno evulgati, nomini suo spartam quoque,
quam ornat, addidit, unde patet, eum
Scholæ patriæ Memmingensis Con-Recto-
rem & Reipub. Bibliothecarium esse. Quam-
vis hoc opus in Actis Erud. iusto tempore ac-
curataque industria recenseri soleat; licebit
tamen & nobis, qui rei literariæ Suevicæ in
posterum D. V. in primis rationem habituri
sumus, brevem harum Amœnitatum identi-
dem sistere descriptionem. Comprehen-
duntur ergo in *Tomo* hoc *sesto* sequentes Ob-
servationes, quarum summam ipse clar. auctor
illi hanc, quam hic exhibemus, præfixit.

I. Ana-



- I. *Analecta ad Historiam Confessionis Tetrapolitanæ*, p. 305.
- II. *Documenta ad Historiam Confessionis Tetrapolitanæ*, p. 384.
- III. *Discipuli de Temporibus monitum de præiudicio hermeneutico accuratiorem Apocalypses explicationem etiamnum impudente* p. 452.
- IV. *Jac. Bruckeri notitia rarissimæ Versionis Germanicæ libri Psalmorum ab Ottmaro Luscinio confectæ*. p. 455.
- V. *Commentatiuncula de eiud. Luscinii Versione Latina Psalterii aliisque scriptis*. p. 478.
- VI. *Specimen Supplementorum G. H. Welschii ad Bibliothecam Gesnero-Simlero-Frisianam*. p. 490.
- VII. *Jul. Cæs. Scaligeri Epistolæ nonnullæ*. pag. 508.
- VIII. *Henrici & Hadriani Valesiorum ad Portnerum Epistolæ*. p. 529.
- IX. *D. P. I. Speneri ad Schilterum Epistolæ*. p. 549.
- X. *Th. Spizelii Elogium Thomæ Lansii*. p. 577.
- XI. *Eiusd. Elogium I. B. Schuppī* p. 85.
- XII. *Eiusd. Elogium Hartmanni Creidii*, p. 590.
- XIII. *Variæ observationes*, p. 596.

Non



Non metuo, ne ingratias clar. auctoris id fiat, si, (quod & alibi facere mecum constitui,) subinde pauca quædam in medium proferam, quæ nonnullis locis illustrandis inservire posse videntur. Ita Sect. I. §. 22. p. 363. meminit M. Gervasii Scholastici vel Schuler, (qui An. 1536. Concordiæ , inter Saxoniarum & Superioris Germaniæ Ecclesiatarum ministros Wittebergæ initæ, nomine Memmingensium subscripterit.) vernalculo sermone editi operis *de Resurrectione mortuorum*, A. 1537. in 8. Norimb. cum Præf. D. Vlr. Wolfhardi, excusi. Huius libri Viros Max. Venerandos , D. C. M. Pfaffum & D. J. A. Fabricium in suis catalogis auctorum (a) qui locum de *Resurrectione mortuorum* peculiaribus libris vel Diff. pertractarunt, nullam video mentionem inieciisse. Vnde cum, Schelhornio teste, id opus comprobet, auctorem eius virum non ineruditum fuisse, forte in serie illa Scriptorum de Resurr. Mort.

Tom. I. Fasç. I. O locum

(a) Ille suum exhibit in Introd. ad Hist. Theol. Lit. P. I. p. 392. sq. Hic in delectu argumentorum & Syllabo Scriptorum de Ver. Rel. Christ. cap. 45. Quod ipsum caput Lector Ben. haud gravatim addat Cel. Pfaffi loco, supra Sect. V. p. 46. à me citato.



locum futuro tempore tueri comode poterit.

Sect. IV. p. 459. huius ipsius T. VI. Amoen. Lit. Vir Clar. Iac. Bruckerus observat; versionem Prophetarum a Ludovico Hezero confessam, August. Vindel. tum anno 1527. fol. tum 1528. in 12ma forma, quæ ad manus ipsi sit, typis expressam esse. Quæ verba mihi in memoriam revocant alia, quibus Theologus quidam celeberrimus in literis d. VI. Febr. h. a. humanissime ad me exaratis, utitur: *Plura, inquit, iam non succurrunt, nisi quod paucis rogandus es, ut, si quid de Prophetarum versione Hezeriana tibi cognitum est, præsertim edit. 1528. August. Vind. fol. (b) evulgata, eam mihi paullo accuratius describere ne graveris.* Quodsi & patriam homuncionis istius distinctius cognitam haberet, (*Bavarum enim fuisse constat*) eam mihi significaturus amici officium omni officiorum genere pensandum faceres. Hæc Theologus ille eruditissimus, qui publicè iam ante aliquot lustra de ista Hezeri versione egit, perquam benevolè ad me. Sentiebam facile, nisi aliunde quid mihi de rarissimo illo libro postea

(b) Atvero 1528, non in fol. sed in 12. prodiisse, ipse eius possessor Cl. Bruckerus l. c. docet, de edit. 1527. in fol. vid. Amoen. Lit. T. III. p. 32. sq. quem locum infra quoque producam.



stea innotuerit, (id quod in Amœnit. liter. opportune nunc factum est) ex inope mea penu parum esse accessurum ad notitiam illam, quam VIR doctissimus iam tum de Hezero eiusque versione habebat. Igitur d. XVII. Feb. h. a. cum responsum darem, plura quidem nondum resciveram, quam hæc tenuia, quæ ad ipsum tum perscripsi, & pace VIRI humanissimi repetere hic iuvat: *Quæ ad extremum de Proph. vers. Hetzeriana & de Lud. Hetzero ipso, obscuro homuncione, ut eum vocas, mihi nota sunt, vix merentur ad TE perscribi, qui dudum ea, vel ex his ipsis locis, unde ego ea hauri, explorata sine dubio habes.* Le Long in Bibl. Sacr. P. II. p. 266. seqq. & in indice auctorum, voc. Hetzer; & Seckend. in Hist. Luth. p. 1004. edit. Frickiana, ubi ea, que uncinulis includuntur, Ven. Frickio debentur, qualem cunque notitiam eius mihi præbuerunt. Sed sitim nostram restinguere facile posset Cl. Krafftius, qui in Prodromo suo Hist. Vers. Germ. Bibl. p. 6. & eam versionem, editionesq; uberioris descripturum, & vitam quoque Hetzeri, ipsiusque Socii Io. Denckii, se daturum promisit, ubi opus illud, quod ni fallor, adhuc expectant viri eruditæ, prodierit. Vix hæc ipsi dicto die perscriperam, cum paucis interiectis hebdomadibus, aliud agens

O 2

in



in Cl. Schelhornii Amœn. Lit. T. III. p. 32. seq.
lætus inciderem , ubi Vir diligentissimus
αὐτόπτης testatur , duplex illius Versionis ex-
emplum reperiri in Bibliotheca vel thesauro
potius librario Perillustris Dn. Ray-
mundi Krafft de Dellmensingen ,
inclytæ & liberæ S. R. I. Reip. Vlmensis Con-
fulis ,(quem de Patria rebus domi forisque
in amplissimis Legationibus præclare gestis
immortaliter meritum , Musarum tutorem ,
Sueviæ nostræ Peirescium , incomparabi-
lemque literarum & literatorum Patronum ,
in Dedicatione illius Tomi iure summo ap-
pellat Schelhornius.) Huius Viri Perillu-
stris Bibliothecæ instructissimæ memorabili-
bus , & κειμηλίοις literariis , benevola illius & uni-
versæ rei literariæ fructuosa concessione , de-
scribendis cum III. & IV. Amœnitatum suarum
Tomas Schelhornius merito destinasset ; fa-
ctum est , ut Tom. III. n. I. Sect. II. p. 14. seqq.
illam quoque librorum classem attingeret ,
quæ codicibus Biblicis præstantioribus re-
censendis dicari consuevit , in cuius num.
40. 41. p. 32. seq. hanc quoque Prophetarum
versionem hoc tit. exhibet :

*Versio Prophetarum Germanica , interpreti-
bus Ludov. Hetzero , & Io. Denckio Ana-
bapti-*



baptistis duplex exemplar , quorum unum
Wormatiae per Petrum Schaeffer, alterum
August. Vind. per Silvanum Ottmar A. 1527.
 in fol. excusum est.

Subiungit deinde nonnulla de Hetzero ipso
 & Cl. Krafftii instituto , cui loco, si Tom.
 VI. Amoen. lit. p. 459. & Lex Hist. Basil. voc.
 Hetzer , auctoresque ibi citatos , adda-
 mus, contenti interim hac notitia esse pos-
 sumus, usque dum Ven. Krafftius suo tempo-
 re fidem datam & in his liberabit , cuius ex-
 cellens opus ut denique prodeat , (c) ma-
 xime est exoptandum.

In eadem illa Sectione , in qua doctissi-
 mus Bruckerus Ottmari Luscinii Versionem
 O 3 Psal-

(c) Hoc ipso tempore pervenit ad me ex Celeb-
 auctoris dono Summe Rev. Dn D.G.G. ZELT-
 NERI liber egregius, in quo vernacula nostra
 nuper admodum edito , succincta Bibliorum
 à D. Mart. Luthero vers. typisque impres-
 sorum historia , innexa vita Io. Lufftii, cele-
 bris illius Typographi & Consulis Witten-
 bergenfis , additis multis observationibus
 traditur. Ibi p. 2. & 3. de nimia illa operis
 Krafftiani procrastinatione in hunc modum
VIR maxime vener. scribit: „ Es verdienet
 die grosse Treue — (de Lufftio loquitur)
 dass



Psalterii Germanicam Aug. Vind. 1524. editam,
hodieq; rarissimā, recenset, §. III. p. 464. sqq.
in not. (l.) refert, Luscinium in Dedicatione
illius Psalterii ad nobile illud Fratrum par,
Raymundum & Antonium Fuggeros, directa;
instituto de Musices præstantia & effectu sermone,
laudatos fratres multis encomiis extollere, quod
multos in istam artem sumtus fecerint, præci-
pue in extruendis organis Musicis artificiosissimis.
Conf. n. XIII. p. 601. sq. Qua occasione recor-
dor aliis Musici libri, adhuc procul dubio
avendōtꝝ, quem inter Perillustris Dn. Raym.
de Krafft laudatæ paulo ante Bibliothecæ
rario-

“ dass jemand dessen Leben und Schicksal
 “ le — ordentlich verzeichne. Bevorab, da
 “ noch ungewis, wann der vortreffliche, und
 “ ohnstreitig mit allem nöthigen Vorrath
 “ überflüssig versehene Herr Io. MELCH.
 “ KRAFFT, hochverdienter Pastor Primarius,
 “ auch der Kirchen und Schulen Inspector
 “ zu Husum, mit seiner so lang verheissenen
 “ und viel verlangten teutischen Bibel- Hi-
 “ storie an das Liecht treten wird. Als der
 “ unter andern Specialien in seinem Prodo-
 “ mo Hist. verf. Bibl. Lutheri , von Hanns
 “ Lufften einen besondern Bericht zu er-
 “ stattten, oder in einem eigenen Capite zu
 “ handeln, versprochen. „ Ceterum confer
 eiisd. Lib. p. 22. & 73. Not. (d) & p. 111. sqq.
 cum nostri Falc. p. 87. sqq. in nota.



rariora cimelia referri, ipse docet, qui manibus eum trivit, & non nihil in Amœn. Lit. T. III. p. 82. seqq. recensuit Cl. Schelhornius. Occupat ille in dicti T. III. art. I. Sect. V. locum decimū septimum inter codices membranaceos Manuscriptos in quarti ordinis forma, cuius inscriptionem ibi hanc lego:

Matthæi Herbeni Traiectensis libri de natura cantus ac miraculis vocis, ad Jo. Camera-rium Dalburgium Antistitem Wormatiensem.
Dedicationem (d) suam ad Dalburgium, scripsit ex Traiecto super Mosam, quinto Cal. Mai. A. D. M CCCCXCVI. Evidem huius libri MS. ætas longissime distat ab illa, qua Reginonis de Armonica Institutione Codex, quem vir longe celeb. Io. Ludolph. Bunemannus, Gymnasii Mindensis Rector, ac Regiæ Bibliothecæ, quæ Mindæ est, Proto-Bibliothecarius, & Summi Capituli nuper Archi-

O 4 varius

(d) *Integralm Dedicat.* exhibet Schelhornius; qua re fortassis non parvam iniit gratiam à Viro Clar. M. Iust. Christ. Thorschmidt, qui in Antiquitatum Plocensium (quas recensent cel. Act. Erud. collectores, A. 1726. M. Ian. p. 18. sqq.) P.J.C.II. §. 32. p. 25. Historiam Soliditatis literariæ Rhenanæ, cuius præses fuit



varius, possidet, quemque in membrana
Sæculo nono ab ipso auctore *Reginone*, adhuc
 Presbytero, postea Abbe Prumiensi, scri-
 ptum esse, gravissimis adductus argumen-
 tis credit. Nihilominus si quis Musicæ ar-
 tis, & eius præcipue partis, quæ in theoria
 & historia eius (quæ præter meritum insuper
 haberi solet) docte evolvenda & describenda
 versatur, probe peritus, hunc codicem, quem
 Bibliotheca Perillustris Krafftii servat, ea-
 dem accuratione recenseret, ac Cel. Büne-
 mannus laudatum Reginonis *κειμήλιον μαγσι-*
νὸν in Volumine I. p. 83. sqq. & pag. 147. sqq.
Criticæ Musicæ Matthesonianæ, descripsit; ille
 forte

fuit iste Io. Dalburgius, parare se scribit,
 quam ut proxime perficiat, rogandus est.
 Allegavit ibi Schelhornius Illustris Gvndlin-
 gii Observ. Sel. Tom. I. Sect. I. p. 19. 21. sqq.
 ubi multa de Dalburgio legantur. Et sane
 videtur mihi Thorschmidius vel ex hac ipsa
 Diff. Gundlingiana eruditissime scripta, quæ
 de vita, fatis & scriptis Conr. Celtis agit,
 (qui & ipse membrum fuit illius Societatis,
 & de quo curiosa quædam & rariora videre
 me memini apud Celeberrimum aliquem Vi-
 rum, ex Amplissimo Professorum Altorf.
 Ordine,) si non prorsus ansam instituti sui,
 certe



forte rem non ingratam Nobilissimo huic Viro facturus esset, quem eruditissimis scriptis de re literaria, & ea in primis parte, quæ Musicæ historiam (quam nec Celeb. Stollius in Hist. Erud. prorsus intactam reliquit,) illustrat, optime adhuc meritum esse constat, & quodam innato ardore adhuc eum quovis modo illam excolere, vel laudata eius *Critica* (e) quam vocat, *Musica*, utinam porro continuanda, luculenter evincit. Sed hæc obiter, & occasione Præfationis, quam Psalt. Vers. Germ. præmisit Ottmarus Nachtgall, seu *Luscinius*, cuius alium quoque librum Græce & Lat. sub tit. *Moralia quædam instituta ex variis authoribus*, &c. Aug. Vind.

O 5

1523.

certe stimulum quendam in persequendo proposito cepisse: neque enim ignota illi esse potest laudata observatio, sicut nec ea ipsum fugere crediderim, quæ ex vita Reuchlini, à I. H. Maio edita, in rem eius transferri utiliter poterunt.

(e) Recensionem MSC. Reginonis Bunemannianam in hac *Critica* exhiberi, paullo ante scripsi, ex cuius p. 83. illud etiam disco, ipsum Cel. Bunemannum in auctione librorum, qui olim in instructissima Ill. Gerh. de Mastricht Bibliotheca (vid. Nov. Lit. Germ. 1719. p. 582.

&c



1523. 8. editum, cl. Bruckerus l. c. p. 460. sq.
adducit. Ex hoc ipso libro transsumptos
esse credo versus, quos præmisso *Lusciniæ*
nomine forte reperi:

*Fundebam lachrymas genitus, moribundus idem
nunc*

*Plango, videns luctu tempora cuncta geri.
O mortale genus, male firmum, triste, misellum,
Seu te habeat tellus, seu fera Parca ferat.*

Aliumq; hoc præfixo lemmate: Ott. Luscinius.

Difficilis res est inventu, verus amicus.

Veros fratum loco habebis amicos.
Leguntur illi fol. 46. & 98. in libro quodam
Francof. 1556. 8. excuso, cui tit. *Præcepta vite
ac morum &c.* Erasmus Alberus, cuius & no-
men in titulo extat, dedicavit illum A. 1545.

Io.

& 1723. p. 490.) fuerunt, illum codicem
quem unicum in orbe & αὐτόγραφον Regino-
nis esse, existimat, sibi comparasse. Memi-
nit illius MS. ipse quondam πολυμαθέσατο
Maastrichtius, in eruditissima epistola, quam
de Bremensium, & suæ quoq; ipsius Bibliothecæ Cimeliis ad Excell. Struvium, Bre-
ma prid. Cal. Nov. 1705. exaravit, quæ Stru-
vianæ in notitiam rei Lit. Introd. cap. IV. §.
XIX. p. m. 156. — 168. reperitur inserta,
cuiusque contenta egregia vocantur in Ana-
lectis



Io. Lutherio, filio B. Mart. Lutheri. Passim
hic etiam exhibentur *Xysti* sententiæ, (quas
Ven. Siberus nuper edidit;) sine dubio ex edi-
tione B. Rhenani, qui illi præfationem Cal.
Oct. Basileæ scriptam, præmisit, quam ipsam
editionem possideo. Conf. Act. Er. 1725. p. 356.
358. 360. Coleri Bibl. Th. Tom. II. p. 13. 20.

Sect. VI. p. 490. sqq. illi, qui novam & auctio-
rem editionem Gesnero - Simlero - Frisianæ
Bibliothecæ forsan aliquando suscepturus sit,
supplementa illius Welschiana Cl. Schelhor-
nius commendat. Quæ viro illi docto, natione
Helvetio, quem id propositū habuisse, eamq;
in rem quinque iam scriptorum volumina
in fol. concessisse Stollius in Hist. Erud. in
Proleg. §. 42. p. 31. edit. in 8. & §. 45. p. 21. edit.
in 4t. refert, egregium usum præstare possent.

Sect.

lectis ad illam Introd. Coleranis p. 88. Inter
libros ineditos ibi refert ipse Mastrichtius il-
lum Reginonis codicem; „ Manuscriptum;
“ inquit, est procul dubio ipsius auctoris &
“ unicum in orbe; nullus enim eius memi-
“ nit, ne quidem rei Bibliothecariæ peritissi-
“ mus Steph. Baluzius &c. Quod dum scribo,
non possum, quin & ipse Cel. Bunemanno
gratias publice agam pro doctissima istius co-
dicis descriptione à præstantissimo Matthe-
sonio



Sect. XIII. §. 3. p. 601. *Ubertini Pusculi*
Brixiensis mentionem facit Cl. Schelhornius.
Forsan is idem est, cuius epistolam ex anti-
quissimo Msc. edidit. V. C. Zach. Goezius. vid.
Museum Goezianum Epistolis cell. Virorum de
Re Numism. ad ipsum exaratis adiectum, pag.
*278. Ioh. Matth. *Tubertinum* Goezius scribit,*
quem cel. Wagenseilius in der Benachrichtigung
wegen einiger die gemeine Jüdischheit betreffenden
*wichtigen Sachen/ p. 174. seq. Ioh. Matth. *Ti-**

COV 101

berinum vocat. Hæc tria enim nomina ean-

dem referre personam suspicor.

Ibidem p. 605. seq. locum de art. typogr.
 ex Erasmi Schmidii notis in N. T. fol. 5.
 a Schelhornio adduci video. Illum ante sex
 iam annos à Viro cel. C. G. Schwarzio Altorfii
 ostensum mihi memini. Conferri interim
 meren-

sonio, qui primam illius Msc. notitiam à C. A.
 Heinerto , Cantore Mindensi præclare mer-
 ito, hausisse gratus p. 83. in Critica Musica
 fatetur , deinceps p. 147. seqq. l. c. cum ha-
 rum rerum curiosis communicata. Neque
 enim inficias eo, iam ante, quam illam re-
 censionem legerem , ex lecta Ill. Mastrichtii
 Epistola (occasione data in Excellentissimi
 Doctoris mei I. D. Kœleri, P. P. Altorf. præ-
 lectionibus literariis in laudatam Struvii In-
 tract.) illius Msc. pernoscendi curiosum me
 fuisse, eiusque pleniorem notitiam optasse.



merentur, quæ in Ven. Bierlingii comment.
de Pyrrhonismo Hist. Cap. III. §. VI. p. 158. seqq.
& in his ipsis Amœn. Lit. T. V. n. II. p. 500.
seqq. leguntur.

In eadem Vrbe VLMENSI, eiusd. Biblio-
polæ Dan. Bartholomæi impensis, hoc ipso
tempore preli carceres effugit VIRI Summe
Rev. Eberh. Dav. Hauberi, Consist. & Superint.
Stadthagensis, & Regiæ Acad. Scient. Berol.
socii, vernacula Lingua, in octavi ordinis for-
ma editus Discursus, ut vocat, de præsenti
Geographiæ statu, præsertim in Germania.
Nuzlicher Discours von dem gegenwärtigen Zu-
stand der Geographie, besonders in Deutschland.
Continuatio est illius operis præstantissimi,
quod in Act. Erud. 1724. p. 138. seqq. cum
laude recensetur; qualem descriptionem
cum & hic ipse discursus ibidem sine dubio
proxime reperturus sit, nihil hic addimus,
nisi ut ad modum eorum, quæ in Bibl.
Brem. T. II. p. 511. habentur. cel. auctorem
ad persequendum institutum illo in Tabu-
las Geographicas Epigrammate excitare au-
deamus, quod inter Phil. Melancht. Epigram.
Lit. G. 5. b. reperitur. Conf. quæ supra n. VI.
p. 140. in nota diximus. Adiectæ sunt huic
Discursui Suppl. & Emendat. ad Sciograph.

cijus



ei⁹ Hist. Mapp. Geograph. In quorum p. 8. sqq. de Nic. Donis, & Nic. Hahn, doctæ quædam observationes occurruunt, quibus non-nihil illustrationis forte ex iis accedet, quæ ante quam illa Hauberiana supplem. legeram, occasione literarum G. M. Raidelii, Norimb. amici mei singulariter colendi, annotata a me sunt. Ita autem ille ad me Vitemberga d. 29. Dec. 1726. scripsit.

Cl. Ptolomæi Cosmographiae sex editiones, Græcas partim, partim vero Latinas, in Norimbergensis, Altorfina, Jenensi, Wittebergensi, Bibliothecis evolvere mihi licuit, quarum neque Fabricius, neque alii, mentionem fecerunt: quas alio tempore fusi⁹ recensebo. Quod vero nomen istud, Nicolaus Donis, in priori mea Epistola adductum, concernit, quod ob litterarum characteres minus accurate scriptos, te haud legere potuisse, significasti, ablego te ad Celeb. Fabricii Biblioth. Græc. L. IV. C. XIV. §. II. p. 415. in not. ubi istud accuratius expressum conspici potest. Quis vero fuerit hic Donis, qui in Codice quodam Mſto Nicolaus Germanus vocatur, non sat is notum est. Trithemius quidem in Catalogo Illustrium Virorum, dicit, eum in Monasterio Reichenbach, vixisse: sed cum ille adponat vocem fertur, non adeo certo fundamento suam nitit.

MAR-



narrationem credo. Interim existimo, celeb. Fabricium minus recte sentire, cum Nicolaum Donis, & Nicolaum Hahn unam esse personam putet. Hæc ille. Ad quæ ego d. IX. Feb. h. a. sic respondi. Cl. Ptolomæi Cosmogr. sex editiones ab aliis nondum annotatas, cum te fusiis suo tempore recensiteturum spondes, fac, quæso, ut id quam primum publicè fiat, adiectis aliis tuis observationibus; mihi verò privatim prescribas, quo consilio in hanc operam, Altiori quoque iam adhiberi cœptam, deveneris. Ceterum ad Nicolaum Donis, seu Nicolaum Germanum, quod spectat, fateor, illum, ut antea, sic nunc quoque mihi incognitum esse. Si quid de eo expiscatus fuero, faciam te eius rei certiorem. Interim ne prorsus hic discedam ἀσύμβολῳ, nonnulla tibi prescribam, quæ pertinent ad sententiam tuam, (quam & meam facio) qua, contra Cel. Fabricium, existimas, Nicolaum Donis, & Nic. Hahn, non unam, sed duas diversas personas esse. Evolve ergo Fabr. B.G. Vol. III. p. 413. coll. Maittaire Ann. Typ. P. I. p. 167. 198. Ex his de Nicol. Donis, Germano, nonnulla hauries. Hunc verò prorsus diversum esse à Nic. Hahn, itidem Germano, cognosces, ex p. 54. 55. 56. sq. 104. 105. 113. P. I. eorund. Annal. Typ. Cel. Maittaire, collato Miscell. Lips. T. XII. p. 69. 70. At cum hic

qui-



quidem *Ulrici vel Ulrichi Han*, typographi Romani, fiat mentio, quam facile est ad collendum, *Nic. Han*, vel filium vel fratrem huius fuisse, præsertim cum. p. 56. *Lipi Galli*, fratribus *Ulrici*, nomen occurrat. Quod vero Germani fuerint, allatæ modo pagg. 56. & 113. (not. a.) item p. 61. & 70. T. XII. Misc. Lips. evincunt.

Jam scripta hæc erant, cum in Schelhornii Amœn. Lit. T. III. p. 134. huius rarissimæ editionis, quæ in Biblioth. Perill. Dn. de Krafft servatur, hunc legerem titulum: *Cl. Ptolomæi Cosmographia. Opus Donni Nicolai Germani secundum Ptolomeum finit A. M. CCCC. LXXXII. Vlm. per Leonardum Hol. fol.* Speravi etiam, me de illo Nic. Germano in Libro XXI. Coment. Vrban. Raph. Volaterrani, cuius operis editionem Paris. in ædibus Ascensionis M. D. XI. fol. excusam, consului, nonnulla reperturum esse: at spes ista me fellit. Sed & hæc ᾧ παρέδω.

S. D. G.



VIRO

*Summe Reverendo, Excellentissimo,
atque Doctissimo,*

**IOANNI GUILIELMO
BAIERO,**

**Sacræ Theologiæ Doctori,
eiusdemque, ac Græcarum Litera-
rum in celeberrima Academia Altorfina,
Professori Publico, præclare merito,
& Verbi Divini Ministro
fidelissimo,**

**Stirpis Baierianæ, & paterni nomi-
nis, Orbisque Eruditæ egregio orna-
mento, atque decori,**

*Præceptor quondam suo dexterimo,
& per integros sex annos Confessionario
in primis venerando,*

